AAN

MIJN WAARDEN VRIEND

B. F. TYDEMAN,

BIJ DE OPENLIJKE VERDEDIGING ZIJNER DISSERTATIE.

Wie heft daar 't hoofd omhoog,
Omſchitterd met den glans van Morgenlandſche ſtralen?
Wat felle gloed in 't oog!
Wat ſtoute tred, als van een' held in 't zegepralen!
Wat zie ik? — Wat! — een' Belg tot Oosterling herteeld? —
Ja! — TYDEMAN! het is uw beeld.

Verzaad van Hollands grond,
En, hong'rig naar 't genot van meerder lieflijkheden,
Die Ge aan den Rijn niet vondt,
Tradt Gij door bosch en zand, vol moed, naar 't andere Eden,
Naar 't altijd lagchend, onverwelkbaar Oosten heen,
En baadde U in zijn zaligheên.

Zoo

Zoo dringt zich onvermoeid
Een ſtroom, door berg bij berg, om rijker oord te aanſchouwen,
Waar 't roosje welig bloeit,
Waar hij de ſpiegel is van zaliger landouwen,
En zachter vloeit, en ſpeelt, en dartelt met het kruid,
Dat aan zijn vlugge voeten ſpruit

Heb dank, dat Ge ons vergast,
Mijn Vriend! op 't geen uw vlijt in 't Oosten op kwam garen!
Stort uit dien rijken last
Van geur'ge bloemen en van friſche korenären;
Stort uit! — heel 't Vaderland lacht U verlangend aan,
En vlecht een krans van mirteblaân.

Zult Gij dan, Zangerin!
Een' Jongeling als Hem op 't 't roemloos ſpeeltuig zingen? —
Niet verder! neen! houd in!
Laat and'ren, min geroerd, naar zulk een' lauwer dingen:
Wat kunt gij? ach! — zijn lot *benijden*; — maar een lied
Hem waardig zingen, kunt gij niet!

den 17 *Junij* 1809.

W. C. VAN CAMPEN,
S. Min. Cand. et V. D. M. deſignatus in pagis Haringkarſpel et Dirkshorn.

SPECIMEN PHILOLOGICUM,

EXHIBENS

CONSPECTUM OPERIS IBN CHALICANI

DE

VITIS ILLUSTRIUM VIRORUM.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

PRAESIDE VIRO CLARISSIMO

JOANNE HENRICO VAN DER PALM,

POËS. ET ORAT. S. LINGG. ET ANT. O. O. PROF. ORD. ET LEGATI WARNERIANI INTERPRETE,

Die XVII. *Junii* MDCCCIX. *Hora* XII.

In Auditorio Philosophico,

PUBLICAE DISCEPTATIONI COMMITTIT

BERNARDUS FREDERICUS TYDEMAN,

TRAJECTINUS,

SACRI MINISTERII CANDIDATUS ET DESIGNATUS

V. D. M. IN PAGO HERVELD.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD HAAK ET SOCIOS,

MDCCCIX.

VIRIS

GRAVISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,

UNIVERSITATIS REGIAE HOLLANDIAE

CURATORIBUS SPECTATISSIMIS,

PETRO LEONARDO VAN DE KASTEELE,

ORDINIS REGII EQUESTRIS DECURIONI,

ET REGI HOLLANDIAE A CONSILIIS.

HIERONYMO DE BOSCH,

ORDINI REGIO EQUESTRI ADSCRIPTO.

JOANNI DE KRUYFF,

CIVITATIS LEIDENSIS REGUNDAE QUATUORVIRO.

DIDERICO RUDOLPHO WYCKERHELD BISDOM,

ORDINI REGIO EQUESTRI ADSCRIPTO,

ET URBIS LEIDENSIS CONSULI.

GERARDO ANDREAE MARTINO VAN BOMMEL,

ORDINI REGIO EQUESTRI ADSCRIPTO;

COLLEGII RHENO-LANDICI, AGGERIBUS CURANDIS PRAEFECTI, QUAESTORI,

ET CIVITATIS LEIDENSIS REGUNDAE QUATUORVIRO,

Hunc libellum,

Insignium beneficiorum memor,

D. D. D.

B. F. TYDEMAN,

AUCTOR.

مَا لَا يُعْلَمُ كُلُّهُ لَا يُتْرَكُ كُلُّهُ

فَإِنَّ ٱلْعِلْمَ بِٱلْبَعْضِ خَيْرٌ مِنَ ٱلْجَهْلِ بِٱلْكُلِّ

Quod ſciri totum non poteſt, ne omittatur totum;

Præſtat enim partem ſcire, quam ignorare totum.

PROÖEMIUM.

§. I.

Introductio.

Exhibituro mihi Specimen operis Ibn Chalicani, praemittenda videntur nonnulla, cum de auctore ejusque aetate & scribendi ratione; tum de codicibus, e quibus meas de Ibn Chalicano notitias haurire mihi licuit; tandem, de consilio, quod in hocce libello conscribendo mihi proponendum esse existimavi.

Ante vero, quam hoc suscipiam, lubet mihi rem altius repetere, & de literarum apud Arabes studio in universum, quaedam, quamvis brevissima, monere. Habet enim haec disputatio non tantum utilitatem, jucunditatemque secum conjunctam, sed & ejus necessitatem quodammodo mihi imponit peculiaris ejus operis ratio, cujus ampliorem uberioremque cognitionem, hocce specimine, praebere conatus sum. Nimirum Ibn Chalicanus, in conscribendis Illustrium Virorum vitis, initium ducit ab *Islamismo* condito, sive ab anno Hegirae primo, atque hoc argumentum persequitur ad sua usque tempora, id vero est, uti infra notabimus, ad A. H. 656. Ipse autem scriptor A. H. 681 obiit. Itaque complectitur Ibn Chalicani opus, partim, ferocia Omnia-

 da-

darum Chalifarum tempora, partim, laetiora, quae sub Abbassidis illuxerunt; secula interdum etiam, instituta comparatione, ignorantiae statum, sive tempus illud, quod ante Mohammedis nativitatem fuerat elapsum, attingit: quorum temporum, si ingeniorum virorumque illustrium proventum consideres, valde dispar fuit ratio. De varia autem, variis his temporibus, Literaturae Arabicae conditione, ex Ibn Chalicano vix constare potest, nisi longa difficilique opera adhibita. Nam in descriptionibus suis non Chronologicum, sed Alphabeticum ordinem secutus est, atque uniuscujusque viri illustris historiam, vel prius, vel serius describit, prout ejus nomen incipit a litera, quae vel in initio, vel in medio, vel in fine Alphabeti reperitur. Ut igitur hunc perturbatum Chronologiae ordinem quodammodo restituam, sive potius ejus defectui succurram, *non inutilem me operam praestiturum* confido, si de Literaturae Arabicae statu diverso, iis praesertim temporibus, quae Ibn Chalicani historia complectitur, breviter & pro juvenilium virium tenuitate disseram.

Solent Arabum Scriptores tempora, quae Islamismum praecesserunt, *ignorantiae statum*, حال الجاهلية vocare: quam vero illi denominationem adhibent, ad conditionem *religionis* designandam (*a*), eadem quoque nobis ad significandum designandumque *literaturae* inter Arabes statum, uti fuit ista aetate, & primo, quod post Mohammedem effluxit, seculo, quodammodo usurpari posse videtur. Nam,

(*a*) Vid. Poc. Spec. Hist. Ar. p. 52. Hottingeri Hist. Orient. p. 228. sqq.

Nam, si a Poëfi & linguae ornandae ftudio difcedas, omnes reliquae artes ac difciplinae liberales, ante Mohammedem incognitae fere erant atque incultae. Sive enim medicinae, five juris peritiam fpectes, omnia barbariei tenebris jacebant oppreffa. De Philofophiae autem fcientia, quemadmodum ait Abulpharagius (*b*), nihil prorfus illis concefferat Deus, neque eos ad haec ftudia excolenda idoneos finxerat; quid? quod fcribendi legendique ars adeo paucis cognita fuerit, ut, cum jam evulgari coepiffet Coranus, in univerfa regione Yemanenfi non reperiretur, qui Arabice fcribendi vel etiam legendi effet peritus; cujus rei teftis eft Ibn Chalicanus (*c*).

So-

(*b*) In Hift. Dyn. p. 161.

(*c*) In vita ابن البواب (Tab. N. 468.) De Scripturae, *Cuficae* nimirum, novitate apud Arabes quaedam ex hac vita excerpfit Poc. fpec. hift. Ar. p. 153, 379. (Conff. quoque fcriptores citt. ab S. F. G. Wahl Allgem. Gefch. der Morgenl. Sprachen und Litteratur Leipz. 1784. f. 627.) Integram vero pericopam edidit Adlerus, in Defcriptione Codicum quorumdam Cuficorum &c. Altonae 1780. p. 11 & 12; ex Adlero autem defcripfit H. E. G. Paulus, in Progymnasmatibus, adjectis Compendio Grammaticae Arabicae, p. 81. fqq. Quoniam vero in utramque hanc editionem plura irrepferunt vitia, nos emendatiorem hujus pericopae textum, ex Ibn Chalicani Cod. P. hoc loco inferere haud inutile duximus.
ومما يتعلق بالكتابة ان اول من خط بالعربي (العربي .A. & P) اسمعيل عليه السلام والصحيح عند اهل العلم انه مرامر (مرار .A. & P) بن مرة من اهل الانبار وقيل انه من بني مرة ومن الانبار انتشرت الكتابة في الناس قال

الاصمعي

Sola igitur vigebat Poësis, linguae Arabicae excultrix (*d*), historiarum conservatrix (*e*); gloriae atque honoris in foro Ocad.

الأصمعي (الاصهعي .A. & P) ذكروا ان قريشا سالوا (سبلوا .f)
من ابن لكم الكتابة فقالوا من الحيرة وقبل لاهل الحيرة
(وقبل لاهل الحيرة .desunt apud A. & P) من ابن لكم الكتابة
فقالوا من الانبار، وروي ابن الكلبي والهيثم بن عدي
ان الناقل لهذه الكتابة من الحيرة الي الحجاز هو حرب
ابن امية ابن عبد شمس بن عبد مناف القرشي الاموي
وكان (وقد كان .A. & P) قدم الحيرة فعاد الي مكة بهذه
الكتابة وقالا (قالا .deëst apud A. & P) قيل لابي (الابي .P)
سفيان بن حرب ممن اخذ ابوك الكتابة (هذه الكتابة .A. & P)
فقال من اسلم بن سدرة وسالت (فقال ثالثا .P وقال سالت .A)
اسلم ممن اخذت الكتابة فقال من واضعها (راضعها .P)
مرامر (مرار .A. & P) ابن مرة فحدوث (فبدوث .P) هذه
الكتابة قبل (قبيل .A. & P) الاسلام بقليل وكان لحمير
(بحرير .A. & P Adlerus, quia hoc nullum efficit sensum, conjicit legendum esse بحريرين; lectio لحمير procul dubio sana est) كتابة تسمي
المسند وحروفها منفصلة غير متصلة (In Cod. P. perperam legitur
متصلة غير منفصلة) وكانوا يمنعون العامة من تعليمها
(تعلمها .A. & P) فلا يتعاطاها احد الا باذنهم
(الاباذنهم .A. & P nullo sensu) فجاءت ملة الاسلام فليس
لجميع اليمن من يقرا (يقول .A. & P) ويكتب .&c

Ad scripturam quod attinet, dicitur quidem primus, qui Arabice scripsit, fuisse Ismaël, super quo pax sit, verum apud eruditos constat, scripturae inventorem fuisse Moramirum, filium Morrae, Ambariensem,

&

Ocadhi (*f*) nobilis altrix. Cum vero fub fpecie novam, eandenique veram conftituendi religionem, fummum fibi inter Ara-

bes

& fcribendi ars a filiis Morrae atque Ambarienfibus inter homines divulgata dicitur. Narratur enim, inquit Asmaeus, (celeber apud Basrenfes literator; Tab. N. 389.) *Coreifchitas aliquando interrogatos, undenam accepiffent fcripturam, refpondiffe, ab Hirenfibus. Hirenfes autem interrogatos refpondiffe, ab Ambarienfibus. Referunt Ibn Alkalbi & Al-Haitham Ibn Adi, hanc fcribendi artem ab Hirenfibus in Hegjazum fuiffe tranflatam ab Harebo Ibn Omajae, Ibn Abd' Schems, Ibn Abd' Menaf, Coreifchita Omajenfi. Hic enim profectus ad Hirenfes, cum hac arte rediit Meccam. Referunt iidem* (duo fcriptores): *interrogatum fuiffe, Abu Sofjanum filium Harebi; a quonam pater tuus fcripturam didicit? eumque refpondiffe, ab Aflamo Ibn Sadari; hunc iterum interrogatum, undenam ille accepiffet, refpondiffe, ab ejus inventore Moramiro Ibn Morrae; initium autem cepit haec fcriptura brevi ante Iflamismum tempore. Apud Homeirenfes vero in ufu tum erat fcripturae genus, quod vocabant* المسند, *in quo literae non conjunctae, fed feparatae erant; & quod cognofcere non permittebant plebi, ita ut nemo ad ejus notitiam accederet, nifi illis concedentibus. Cum autem evulgari coepit Coranus, nemo reperiebatur in univerfa regione Yemanenfi, qui legere vel fcribere noffet.*

Deinde trecentis poft Mohammedem annis, fcribendi rationem Cuficam, qua huc usque ufi fuerant Arabes, immutavit, atque aliam, quae nunc in ufu eft, introduxit Abu Ali Ibn Moklah; poft quem Ibn Bowab, qui A. 423; (vel 413, ut habet Abulphar. Hift. Dyn. p. 336.) obiit, Ibn Moklae fcripturam ad fummam elegantiam perfectionemque perduxit. Sic enim Ibn Chalicanus in vita Ibn Moklae (Tab. N. 708.) وكان اول من نقل هذه الطريقة من خط الكوفيين وابرزها الي هذه الصورة. Atque iterum in vita Ibn Bowab (Tab. N. 468.) هذب طريقته

bes imperium quaereret Mohammedes, neque alio modo ſe conſequi id poſſe animadverteret, quam opponendo viribus vim, fieri aliter vix potuit, quin religionis Mohammedanae annunciatio & propagatio ſimul fuerint inimicitiarum origo & belli progreſſio. Itaque tum ſubito ab omni certamine erudito verique honoris contentione diſceſſerunt homines docti; conticuerunt Poetae; nobile illud Ocadhi forum fuit ſuppreſſum, & ducibus Prophetâ ac ſucceſſoribus ab eruditione utcumque excolenda, ad caedem, & rapinas, exterarumque gentium cruentam expugnationem ſeſe conver-

طريقته ونقحها وكساها طلاوة وبهجة *Ille* (Ibn Bowab) *ejus* (Ibn Moklae) *rationem ſcribendi concinnavit*, *eamque reddidit puriorem*, *pulcriorem*, *elegantiorem:* ſive potius proprie: (ſunt enim vocabula exquiſitiſſima), *ejus ſcribendi rationem mundavit*, *literas cortice nudavit*, *veſtivit venuſtate*, *hilaritate induit.* — Cum hoc convenit Elmacinus hiſt. Sarac. L. III. p. 205. وهو (ابن مقلة) اول من نقل الخط الكوفي المولد الطريقه (leg. الي طريقة) العربية الحسنة ومعانيها وجاء بعده ابن البواب فزاد في تعريبه وبلغ الغاية فيه Locum hunc adduxit quoque, & de hodierna Arabum ſcriptura plura attulit Adlerus l. l. p. 14. & ſqq.

(*d*) Vid. Pocock. ſp. hiſt. Ar. p. 158. J. Willmet orat. de Ar. meritis in litt. medio aevo inſtaurandis p. 25.

(*e*) Vid. A. Schultens in praef. ad Erpen. Gram. Ar. p. 167, 168. Pocock. l. c. p. 159—161. Jo. Gottfr. Eichhorn Mon. Antiquiſſ. Hiſt. Arabum (Gothae A. 1775) p. 6—14.

(*f*) De foro Ocadh سوق العكاظ vid. Pocock. l. c. p. 159. Alb. Schult. in praef. ad mon. vet. Ar. & ex eo Jones in Comm. Poëſ. Aſ. p. 312. Reiske in proleg. ad Thar. Moall. p. 15.

verterunt ingenia. Et haec quidem causa videtur, cur historia Arabum ante Mohammedem adeo sit obscura & fere ignota. Nam continuis bellis exstincto omni literarum studio, mox deficere coeperunt Poetae, qui praeclara atque illustria illustrium virorum facinora canerent, posteris proderent, atque ita historiam conservarent. Praeterea grassante bello, praestantissimorum monumentorum vastatore, factum est, ut ex ingenti numero carminum, ante Islamismi tempora compositorum, paucissima tantum, velut e naufragio tabulae, supersint.

Mortuo Mohammede, proximi Prophetae successores fuerunt Abubeker, Omar & Othman, qui, uti & Omniadae, imperii sui fines extendere & bellica se gloria illustrare magis, quam eruditionis laudem consequi studentes, incredibili successu imperio suo subjecerunt Syriam, Chaldaeam, Mesopotamiam, Persiam, Aegyptum, maximam Africae Hispaniaeque partem, aliasque vel propinquas vel longe dissitas regiones. In literis autem hi praestiterunt nihil, nisi quod Abubecrus, primus, deinde Othmanus, tertius Chalifa partes Corani, adhuc confusas, sic disposuisse dicantur uti nunc eas habemus (*); nec tamen hic neque ille doctrinam Pisistrati, qui primus Homeri libros collegisse traditur, ullo pacto attigerunt. Ali autem Ibn Abi Taleb, gener Mohammedis, Chalifa quartus, fortitudinis simul & doctrinae laude dignus est existimandus. Fuit enim Imperator excellens & sententiarum scriptor valde ingeniosus, ita ut illo praeëunte, ferocia hominum ingenia ad mitio-

(*) Vid. Gagnier in notis ad Abulf. vit. Moh. p. 160.

tiorem ſtatum redire, atque ad eruditi certaminis ſtudium reduci poſſe viderentur. At vero gliſcere interim & paulatim exardeſcere coeperant lites & contentiones de ſucceſſore Mohammedis. Pugionis ictu jam ſublatus erat Omarus. Sagittae mucrone perfoſſus, Coranum, quem in ſinu geſtabat, ſuo ſanguine inquinaverat Othmanus. Venenato gladio lethale vulnus acceperat Ali, atque ita inteſtinis & domeſticis odiis ac diſſidiis perturbabatur novum Saracenorum imperium. Mox tam turbulento regimine ſe abdicavit Haſan filius Ali, quo accepto Moaviah auctoritatem imperatoriam a prima Haſchemidarum ſtirpe ad Ommiadarum familiam traduxit. Sed continuis, & nunc, & deinceps exagitati bellis, omnes fere ex Ommiadis Chaliſae, qui per integrum ſeculum numero quatuordecim regnarunt, maximam ſibi gloriam armis captaverunt, atque ita ad A. H. 130, quo Marvanus II, ultimus Chalifa Ommiadarum trucidatus eſt, inculta & quaſi abjecta jacuerunt ſtudia literarum.

Poſtquam vero Abou'l Abbas Saffah, ex familia Abbaſſidarum Chalifa primus, ſumma rerum poteſtate fuerat potitus, reverſi ſunt animi ab incuria ſua, & excitata ſunt ingenia e deliquio ſuo (g), literarumque amore ipſi Principes capi coeperunt.

Et

(g) Sunt verba Abulpharag. Hiſt. Dyn. p. 246. ثابت الهمم من غفلتها وهبت (lege وهبّت) الفطن من سنتها ۞

Et primus quidem Abou Gjafarus Almanſor, etſi armis fuerit magnus, ſibique ſubegerit Armeniam, Ciliciam & Cappadociam, tamen, nullam eſſe ſalutem bello probe intellexit, &, quo ipſe flagrabat, ſtudium literarum inſtauravit (*h*). Excoluit enim Philoſophiam, operam navavit Aſtronomiae, nec legis Muſlemiticae fuit imperitus, qua in doctrina praeclaros quoque conſtituit doctores, quorum lectiones libenter audiebat. Poſt hunc Mohdi Poetarum fautor exſtitit, ejusque filius Hadi Poeta fuit ipſe inſignis. Huic ſucceſſit frater Haroun Raſchid, liberalitate ſumma, maxime in Poetas & Muſicum Mauſali conſpicuus; ceterarumque omnium artium & doctrinarum eximius antiſtites. In nullam enim ullius Chalifae, aut Veziri, aut Cadhi aulam tot conveniſſe hiſtoricos, juris aliarumque rerum peritos & poetas, quot in aulam Raſchidi, tradit Elmacinus (*i*). Eo regnante floruit ſed & interiit quoque illuſtris illa Barmecidarum familia, quorum aetas non tantum in proverbium abiit (*j*); ſed etiam, quo-

(*h*) Abulphar. l. c. p. 246. *primus*, inquit, *qui literis curam impendit*, *fuit* (Abaſſidarum) *Chalifa ſecundus*, *Abou Gjafar Almanſor*. وكان اول من عني بالعلوم الخليفة الثاني ابو جعفر المنصور،

(*i*) Hiſt. Sarac. L. II. p. 120. لم يجتمع بباب احد من الخلفا من الوزر او القضاة (lege الوزرا والقضاة) والمحدثين والعلماء والادبا والشعرا ما اجتمع بباب الرشيد .

(*j*) Scilicet احسن من زمن البرامكة *pulcrius aetate Barmecidarum*. vid. H. A. Schult. in Prov. Meid. p. 179. Herbelot. v. *Barmekian*. Inprimis vero de *Barmecidis* conſulatur Chreſtom. S. de Sacy, P. I. p. 14. ſqq.

quorum liberalitate ac beneficiis laeta dicebatur a poëtis terra tamquam sponsa, mortuis vero illis terra depingebatur tamquam vidua, tristis (*k*)!

At vero patrem Harounum longo post se intervallo reliquit filius Mamon, septimus Chalifa, qui magna diligentia omnes eruditionis thesauros undique ex toto Oriente atque universa Graecia collegit, dein per Arabiam, Aegyptum, Syriam, aliasque regiones larga manu dispersit, atque ita perfecit quod facere jam instituerat avus ipsius Mansor (*l*). Vere igitur hoc de eo testimonium exhibuit Elmacinus (*m*); inter omnes Abbassidas, qui esset Mamo-

(*k*) Sic enim Poeta صالح بن طريف apud Ibn Chalicanum in vita جعفر البرمكي

يا بني برمك واها لكم ولايامكم المقبلة
كانت الدنيا عروسا بكم وهي اليوم ثكول ارملة

O filii Barmeci! ubi eheu! vos estis, & tempora vestra fortunata! Terra, vobis viventibus, erat sponsa, nunc vero, vobis sublatis, est vidua!

(*l*) Abulphar. hist. Dyn. p. 246. عبد الله المامون بن هرون الرشيد تمم ما بدا به جده المنصور

(*m*) Hist. Sar. L. II. p. 139. لم يكن في بني العباس اعلم ولا اكبر فضلا منه ceterum de Mamone conff. Abulphar. hist. Dyn. p. 246—252. & ex eo quae refert Pocock. sp. hist. Ar. p. 166, 167. Elmac. hist. Sar. L. II. c. 8. & quae inde habet Hottingerus hist. Eccles. N. F. P. I. p. 651. C. A. Heumannus in conspectu Reip. liter. c. IV. p. 123. Reiskius differt. de principibus Muhamedanis, qui aut ab eruditione, aut ab amore literarum & literatorum claruerunt, Lipf. 1747. p. 12. quem locum optimo Patri debeo; & inprimis Willmet Orat. supra cit. p. 28. sqq.

mone eruditior vel praeſtantior, fuiſſe neminem. Itaque hic, quem ſuperavit nemo, illuſtre ſucceſſoribus exemplum reliquit, ad quod ſeſe formare & fingere potuerunt reliqui Principes omnes. Illud certe ſibi imitandum propoſuit Wathecus, & ſibi propoſuiſſe videntur quotquot deinceps artium, literarum, virtutumque ſe cultores ac fautores praeſtiterunt. Hinc in poëſi excelluit Motawaccelus. Pietate inclaruit Mohtadius. Eximius fuit regni adminiſtrator Motadidus; cujus veſtigiis inſtitit dignus patre filius Moctafius. Moctadirus autem liberalitate; carmine atque oratione Radhius fuit praeclarus. Et, quamvis ab illo tempore Buidarum familia, a parvis initiis A. H. 321 cito ad ſummam imperii dignitatem evecta, ad annum usque 448, Abbasſidarum late diffuſam auctoritatem arctioribus quodammodo limitibus tenuerit concluſam, ita ut, regnante Mothio ejusque filio Thaï, praeter ſolum titulum Chalifae remaneret nihil, tamen, artibus & diſciplinis elegantioribus ſuus per Arabiam honor ſtetit intactus. In poeſi enim & religionis ſtudio multum praeſtitit Moctadaeus, Abbaſſidarum Chalifa vigeſimus ſeptimus, de quo refert hiſtoriae Saracenicae ſcriptor (*n*): illum fuiſſe religionis pe-

(*n*) Elmac. p. 289. كان عالما دينا محبا اهل العلم حسن العقيدة محبا اهل الخير شجاعا حارما (lege حازما) وله شعر جيد

peritum, virorum doctorum studiosum, pium, proborum hominum aestimatorem, strenuum, prudentem, & egregiorum carminum auctorem. Disertus fuit & viris stipatus eruditis Mostadirus (*o*). Eloquentia inclaruit Mostarschedus. Justitiae exemplum praebuit Mostangjedus. Vitae decursu laudabilis mortem habuit beatam Mostadaeus (*p*). Porro doctrina & pietate illustris, atque éruditorum fautor exstitit Nasserus. Civium patriaeque patrem se praestitit Daherus (*q*). Omnium denique elegantiorum literarum artiumque aestimatorem, scholarum, templorumque restauratorem agnoscimus Mostanserum.

Cum autem ejus filius Mostazemus, omnium Abbassidarum ditissimus, honoratissimus, sed & infelicissimus simul, in paternam imperii dignitatem successisset, expugnata est & incendio deleta A. H. 656 a Tataris Mogulensibus urbs Bagdad, & Abbassidarum imperium simul fuit collapsum atque exstinctum. Literarum tamen lux & splendor, quamvis ingens praestantissimorum eruditionis monumentorum copia incendio isto fuerit consumta & deleta, prorsus exstingui ex animis non potuit, & postea in

(*o*) Elmac. l. c. p. 298. eum appellat محب للعلما فصيح اللسان

(*p*) Abulphar. hist. Dyn. p. 407. *vixit*, inquit, *laudabilis*, *mortuus est felix*. عاش حميدا ومات سعيدا.

(*q*) Eo enim regnante inquit Abulphar. l. c. p. 461. homines اظهروا نعمتهم *gloriabantur de felicitate sua*.

in Oriente semper fuerunt viri illustres, quos elegantiorum cepit amor literarum. Ad Abbassidarum enim Imperatorum exemplum totus Oriens fuit compositus; eorum in instaurandis, excolendis, perficiendisque disciplinis animus & ardor in omnium eruditorum animos transiit; apud vicinas gentes Principes illi plurimos sibi & Principes & subditos reddiderunt aemulos: in omni denique doctrinarum genere, scriptorum, eorundemque *bonorum*, ingentem excitaverunt numerum (*r*).

Ex dictis jam colligi poterit, primo quidem, vere dixisse Bochartum (*s*): „floruere inter Arabes artes & scientiae per annos fere sexcentos, cum apud nos regnaret foeda barbaries; & literatura omnis esset prorsus exstincta". Deinde vero, quod & ad nostrum propositum magis pertinet, ea aetas atque illa regio, qua Imperii Principes simul fuerunt eruditionis vindices, vix fieri aliter potuisse, quin artium doctrinarumque omnium ferax fuerit & fertilis, atque adeo haud parum utilitatis jucunditatisque posse hauriri ex Ibn Chalicani opere, in quo praecipue aureae illius Abbassidarum aetatis splendor, a tot egregiis viris illustratae, nitet ac fulget.

Et haec quidem de literarum inter Arabes studio brevissime a nobis annotata, si consilium nostrum spectaveris, ut scilicet hac

(*r*) J. Willmet orat. cit. p. 42.
(*s*) Geogr. Sacr. L. I. c. 15. p. 58.

hac parte Ibn Chalicani opus commendaremus, forte ſufficient; ſi vero materiae amplitudinem & copiam conſideres, nimis breviter omnino quam par eſt disputata erunt. Nam nonnullorum Abbaſſidarum tantum nominibus exhibitis, quid quisque praeſtiterit, prorſus non retulimus. Nihil diximus de illorum conſiliariis, judicibus, exercituum ducibus, amicis, aliisve viris eruditione vel artium cultu praeclaris. Nihil ſumus locuti de Fathemidis, qui tempore Abbaſſidarum regnarunt in Aegypto. Nihil de Selgjucidarum familiis tribus, quae intra illud temporis ſpatium in Perſia & regionibus Graecis imperium tenuerunt, & juſtitia, aequitate, atque omnis eruditionis fama inclaruerunt. Nullum eorum omnium, qui per vaſtam Arabum Perſarumque ditionem fuerunt diſperſi, virorum illuſtrium nomen protulimus. Nullum nominavimus Theologum, Medicum, Juris-peritum, Philoſophum, Grammaticum, Hiſtoricum vel Poetam, quorum nominum ingens, ut & librorum ab illis conſcriptorum, infinitus fere numerus eſt (*t*). Sed ad hiſtoriam Arabum literariam, ſingulas percurrentem artes & diſciplinas, illud argumentum pertinet. Nos autem diſſertationi diſſertationem addere longiorem non convenire putabamus, &, etiamſi putaſſemus, tamen non inſtituiſſemus.

Ma-

(*t*) Exemplum praebeat opus Arabicum, tribus conſtans voluminibus, de quo Aſſemanus refert, Bibl. Or. T. I. p. 633, quodque ab ipſo auctori Haphido tribuitur: inſcribitur hoc opus, *nomina librorum*, atque in eo, ordine Alphabetico, recenſentur tituli librorum circiter 18550.

Magnum enim illud opus est, quod eget exercitatione non parva, nec praebet

— *materiam, nostris qui scribimus, aequam*
Viribus.

Itaque illud argumentum aliis elaborandum relinquens, ad praefanda ea nunc transibo, quae ad hoc meum Ibn Chalicani specimen propius spectant.

§. II.

De Ibn Chalicano.

Vitam Ibn Chalicani, ab incerto auctore compositam, Arabice & Latine mox tradituri, vix quidquam habemus, quod de eo in antecessum referamus. Nam, quodnam integrum ejus nomen fuerit; e qua illustri familia originem suam duxerit; quae ejus patria fuerit; quod vitae genus sit secutus; quo tempore inclaruerit; quis & qualis fuerit, caetera, ibi satis copiose enarrata invenientur.

Cum vero nonnulla, quae in hac Ibn Chalicani vita non occurrunt, reperiantur in historia quadam libri, ad calcem operis adjecta, hanc dudum a me descriptam & versam huic libello Arabice & Latine inseruissem, nisi jam in satis magnam molem excrevisse videretur Specimen Academicum, atque insuper

 suspi-

suspicio esset suborta, non ab ipso Auctore eam historiam profectam, sed recentioris aevi additamentum esse. Cui sententiae si quid faveat, hoc certe non minimum est, quod in antiquo & praestanti codice Willmetii, Viri Clarissimi, narratio illa operis fini non subnectatur, quem tamen codicem cum ipso Auctoris autographo ad finem usque esse collatum, in annotationibus margini adjectis, diserte dicitur (*a*); praeterquam quod a consuetudine Arabum abhorret, hujusmodi historias libris suis annectere. Nos rem in medio relinquimus, quia, sive sit historia illa ab auctore ipso profecta sive minus, nihil tamen in ea invenimus, vel Ibn Chalicani vitae contrarium, vel ab ipso in praefatione dictis oppositum, vel denique, de cujus veritate nobis, alia vel majore auctoritate destitutis, dubitare liceat. Herbelotus ipsi Ibn Chalicano hoc additamentum attribuit; ejus enim argumentum breviter refert atque addit: „*Il rapporte luy même ces particularitez à la fin de son Livre*". — Quidquid autem hujus rei sit, summa historiae haec est.

„Ad finem auctor suum opus perduxit die 22 mensis Gjumadae posterioris Ao. 672, Cahirae in Aegypto, ubi illud componere instituerat Ao. 654, uti in praefatione dictum est. Ratio vero, quare non prius librum absolverit, haec est. Mittebatur legatus in Syriam ab Abulfath Bibars (*b*) Sultano Mamlucorum

(*a*) Vid. quae deinceps de codice Willmetiano dicenda erunt.

(*b*) Idem ille est qui ab Abulphar. hist. Dyn. p. 538 sqq. vul-

rum, cum jam descripserat vitam يحيى بن خالد بن برمك Itaque Cahirâ profectus die Solis, 7° mensis Schawal Ao. 659, in Syriam venit, & Damascum ingressus est die Lunae 7° mensis Dsulkadae, ejusdem anni. Ubi die Jovis, 8° mensis Dsulhagjae, urbium Syriacarum praefecturâ ipsius curae demandatâ, tantopere ejus negotia adaugebantur, ut librum absolvere minime posset, atque imperfectum relinquere opus cogeretur. Adjectâ igitur gratiarum actionis formulâ, de labore intermisso atque opere nondum perfecto se ad finem vitae يحيى بن خالد excusaverat, atque ita libro finem imposuerat (*c*), addita tamen promissione de intermisso labore iterum suscipiendo & perficiendo, si ipsi concederet vitam, occasionemque praeberet Deus. Postquam vero decem annos in Syria fuerat commoratus, (nam Damascum ingressus erat tempore supra memorato, & ex ea urbe egressus est die Jovis, 8° mensis Dsulkadae Ao. 669.) rediit in Aegyptum, & cum Cahiram venisset, quae superessent, adscripsit (*d*), ita ut Ao. 672 liber absolveretur".

Hisce,

vulgo appellatur *Al-Bundokdar minor*, mortuus A. 675. conf. quoque Herbelotus voc. *Bibars*. edit. ult. T. I. p. 402—405.

(*c*) Attamen jam tum suum librum, etsi imperfectum, divulgasse Ibn Chalicanus videtur. vid. infra § 4. in descript. cod. Lugd. A.

(*d*) Itaque minus bene Herbelot. T. III. p. 560. „ Ebn Khalecan

Hisce, quae ad Ibn Chalicani vitae enarrationem quodammodo referri possunt, unicum hoc adjungemus, quod ad diversam ejus nominis scribendi & pronunciandi rationem pertinet. Scilicet duobus modis Ibn Chalicani nomen Arabice exaratum inveni (*e*), vel ابن خلكان, vel cum *tesdid* literae ل superscripto, ابن خلّكان, cujus posterioris scriptionis exemplum est in praestanti illo & antiquo codice, quem possidet vir cl. J. Willmetius; atque ita etiam nomen in primo libri folio scripsit aliquis possessor Arabs codicis Lugdunensis A. Utra autem praeferenda lectio, utra vera sit & genuina, difficile videtur ad definiendum. Non enim mutilam esse lectionem, si sine signo reduplicationis scriptum nomen est, concludimus inde, quod ita in plerisque codicibus exaratum, atque ita a plerisque viris doctis pronunciatum hoc nomen invenimus. Ab altera tamen parte ابن خلّكان in codice Willmetiano & Lugd. A. non per errorem scriptum esse, patet ex eo, quod Pocockius (*f*) illum appellat „Ebn Chalecan *vel Challecan*".

&

dit luy-même à la fin de son ouvrage, qu'il le commença dans la ville du Caire, & *qu'il le finit dans celle de Damas — l'an* 672".

(*e*) Hottingerus quidem in Bibl. Orient. p. 274 habet lectionem خلكان, quam repetit p. 278, sed admodum mihi illa lectio suspecta est, saltem apud nullum alium ita scriptum nomen inveni.

(*f*) in Spec. hist. Ar. p. 364.

& quod Ol. Gerh. Tychsen quoque ejus nomen ita exhibuit (*g*). Cui argumento forte addi potest, quod G. Sionita de urb. & mor. OO. (*h*) ejus nomen scripsit *Chalaccan*. Fieri enim potuit, ut *tesdid* literae ل superscriptum non suo loco positum sit, atque ita vir doctus pro خلّكان invenerit, vel saltem se invenire putaverit خلكان.

Praeterea animadvertendum est, etiam illos, qui sine *tesdid* Ibn Chalicani nomen Arabice scribunt, simulac Latinis literis exprimunt nomen, inter se omnes minime convenire. Nam scribitur Ebn sive Ibn *Chalican*, vel *Chalecan* (*i*), vel *Chalekhan* (*j*), vel *Ghalican* (*k*), vel *Khalekan* (*l*), vel *Khalkan* (*m*) vel *Khilcan* (*n*) vel *Bin Calican* (*o*) vel denique una voce *Ibnocholcan* (*p*); cu-

(*g*) in Element. Ar. ubi p. 42—45. quaedam narrantur de primo Maurorum in Hispaniam adventu (A. H. 92.) ex *Ebn Challekani Lexico historico*.

(*h*) p. 64. ed. in 12mo.

(*i*) Poc. l. c.

(*j*) Sic Jer. Nic. Eyring in Synops. hist. lit. p. 374. quem locum carissimo Patri debeo. (*k*) Scriptor catalogi Bibl. Lugd. Bat. p. 484.

(*l*) Herbelot. h. v.

(*m*) In Catal. Bibl. Paris. p. 177.

(*n*) Chrestom. S. Sacy T. II. p. 474 & alibi. *Ben Khalekan ou Khilcan* Deguignes hist. génér. des Huns. T. IV. p. 162. not. (a).

(*o*) P. de la Croix hist. du grand Genghizcan (Paris 1710) p. 531.

(*p*) Bochart. Hieroz. P. I. p. 905.

cujus diversitatis ratio diversa est. Vel enim ex hodierna genuinae Arabici sermonis pronunciationis inscitia, vel ex diversa virorum doctorum patria & lingua vernacula, vel denique ex defectu punctorum vocalium literis Arabicis addendorum oritur. Quidquid autem hujus rei sit, quicumque genuinam sibi pronunciationem vindicet, nos, secuti rationem a nostratibus receptam, auctoris nostri nomen Latinis enunciatum literis constanter scripsimus *Ibn Chalicanum*.

§. III.

De Ibn Chalicani libro
وفيات الاعيان

Quodnam sit Ibn Chalicani operis argumentum, quanam in conscribendo ratione usus, quem ordinem secutus fuerit auctor, quid illum ad componendum librum excitaverit, alia, ipsius scriptoris verbis referemus infra, ubi operis praefationem Arabice & Latine exhibebimus. Num porro accurate, perspicue, eleganter, copiose scripserit, num scopum sibi propositum attigerit auctor, num igitur & quali sit dignus laude, illud unicuique ipsum librum inspicienti & legenti patebit.

Non exigua certe laude dignus erit censendus scriptor, si, (quemadmodum fecit Ibn Chalicanus, uti in praefatione ipse dixit) ad quod opus elaborandum ipsum ferret suum inge-

genium, in summa industria perficere studuerit; si nulli studio, nullis sumtibus pepercerit, ut sibi praestantissima quaeque acquireret monumenta in suos usus pervolvenda; si prudentia summa, indefesso labore, pectore veritatis amore flagrante ad scribendum sese accinxerit, neque aliam captaverit gloriam, quam quae ab accuratione & fide historica (*a*) proficiscitur.

Et profecto cum summa judicii sollertia (*b*), & aciem ingenii insignem conjungit Ibn Chalicanus, & eruditionem minime vulgarem!... At, cum non tantum generatim verum sit, quod *Cicero* dixit, *nihil esse temeritate turpius, nihilque tam temerarium, quam, quod non satis explorate perceptum sit & cognitum, sine ulla dubitatione defendere*, sed in juvene praesertim haec temeritas vix ullam excusationem admittat, atque arrogantiae vicina sit, ideo potius ab omni laudatione ipse abstinebo, & qualem quantumque Ibn Chalicanum habuerint ac dixerint doctissimi viri, breviter enarrabo.

Ne-

(*a*) Sic enim in prima libri clausula, vitae يحيي بن خالد بن برمك adjecta: فاني انتقيت هذه المسودات من امّهات التواريخ واخبار الناس المتقدمين والمتاخرين وفيما يغلب علي ظني لم اترك شيا من الكتب التي في ايدي الناس المشهورة والكاملة والمبسوطة والوجيزة الا اخترت منها ما يدخل في هذا الكتاب ۞

(*b*) Hinc ab E. Scheidio in praef. ad Ebn Doreid. Idyll. Ar. Ibn Chalicanus appellatur *judex, si quis alius, inter ipsos Arabas, peritissimus.*

Neque opus erit hunc in finem obscurorum aut ignotorum hominum testimonia evocare, veluti ejus, qui primum volumen codicis Lugdunensis descripsit, quique Ibn Chalicanum praeter alia, quae ipsi attribuit nomina, vocat *Sectarum doctorem; coetuum exemplar; collectorem scientiarum; seculi sui Phoenicem*; cum alii sint viri eruditione clari, qui summis Auctorem nostrum praeconiis efferunt, veluti, eum fuisse *Chronistam & Prosopographum Arabum celeberrimum* (*c*). *Auctorem celebrem* (*d*), *perquam eximium* (*e*), *celeberrimum* (*f*); *Historicum Arabem non incelebrem* (*g*); *doctissimum* (*h*); *praestantissimum* (*i*). *Scriptorem accuratissimum* (*j*). *Testem fide dignum* (*k*). *Philosophorum Arabum omnium celeberrimum* (*l*). *Auctorem, qui scripsit historiam li-*

(*c*) Conff. Jo. Leo in Fabricii Bibl. Gr. Vol. XIII. p. 271. & Hottingeri Bibliothecar. quadripart. p. 291.

(*d*) Pocock. Spec. hist. Ar. p. 137.

(*e*) In praef. Jo. Seldeni ante Eutychii annal.

(*f*) Poc. in praef. ad hist. Dyn. — Hottinger. hist. Or. p. 291.

(*g*) Bochart. Hieroz. P. I. p. 905.

(*h*) Poc. Spec. cit. p. 41.

(*i*) Poc. l. c. p. 153.

(*j*) H. A. Schultens in praef. ad librum Col. wa Dimn. p. 10.

(*k*) Poc. Spec. cit. p. 158.

(*l*) G. Sionita de Mor. Or. p. 281 cit. a Schieferdeckero in nucleo instit. Arab. praef. § 17.

terariam eximiam (*m*), *inter praestantissima monumenta Arabica enumerandam* (*n*), *cujus e rivulis summi in illa arte viri hortos suos dudum rigarunt* (*o*), *& ex qua d'Herbelotii opus immortale, Franco-Gallica lingua editum, maximam partem fere descriptum est* (*p*). Quid? quod Jonesius, quem Scheidius (*q*) *alterum magnae Britanniae Pocockium* appellat, his verbis Ibn Chalicanum laudat (*r*). „ Scriptoris politissimi Ebni „ Khalican opus historicum non magis verborum elegantia & „ ubertate commendatur, quam illustriorum Poetarum versibus, „ quibus conspergitur. Ac nescio an hic omnibus vitarum scri„ ptoribus sit anteponendus. Est certe copiosior Nepote, elegan„ tior Plutarcho, Laërtio jucundior, & dignus est profecto li„ ber, qui in omnes Europae linguas conversus prodeat".

At vero hoc Jonesii votum exspectat adhuc, a quo impleatur; nam praeter exiguam admodum partem hinc illinc excerptam (*s*), nulla versio Europaea exstat.

In

(*m*) E. Scheidii orat. de fontibus literat. Ar. — latius multo recludendis. p. 16.

(*n*) E. Scheidii orat. de eo quod Schultensii — agendum reliquerunt p. 39.

(*o*) E. Scheid. orat. de fontt. &c. l. c.

(*p*) E. Scheid. orat. de eo quod &c. p. 16.

(*q*) in Orat. de eo &c. l. c.

(*r*) in Commentar. Poes. Asiat. edit. Lips. p. 356.

(*s*) Vitam *Ibn Doreidi* dedit E. Scheid. in praef. ad Ibn Dor. Idyll.

In linguam autem Persicam Ibn Chalicani opus esse traductum, teste Hagji Chalifa (t) narrat Herbelotus v. *Vasiat*, his verbis. „ *Hagji Khalfah écrit, qu'il a vu un petit livre Persien, composé par Ben Mohammed Al-Malathi, surnommé Cadhi Za-*

Idyll. Ar. Nonnulla ex vita *Tograi* exhibuit H. van der Sloot in praef. ad carm. Togr. p. 5. ssq. Quaedam ex vita *Haririi* praebuit A. Schultens in praef. ad confess. Harir. T. I. Vitam *Hakemi* habet G. W. Lorsbach in Archiv. für die Morgenl. Liter. 1 Bändchen. s. 39—54. & J. G. C. Adler in repert. für Bibl. u. morgenl. Literat. Th. xv. s. 266—278. Exiguam partem e vita *Gjahedi* excerptam dedit Sylv. de Sacy in Chrestom. T. III. p. 75 ssq. Citationes autem crebras habent Herbelotus vid. pag. praec. Hottingerus in Hist. Eccles. N. T. P. I. pag. 410, 494. P. II. p. 494. Hist. Or. p. 550, 551, 553, 555. &c. Pocock. in Spec. hist. Ar. praeter loca citt. p. 167, 212, 294, 295, 297, 364. &c., alii. H. A. Schultens, quoque ejus auctoritate usus est in Parte Proverb. Arab. Meidanii e. g. p. 79, 192, 292 &c. item in praef. ubi vitam Meidanii, sed ex Ibn Chal., brevissime refert; sed p. XII. dubitat vir celeb., num versus quidam illic citati, atque e codice Ibn Chalicani Pocockiano descripti, hujus unius Codicis auctoritate, recte Meidanio tribuantur; quod mirari subit, cum exstent quoque in codd. quibus nos usi sumus, *Lugd.* & *Palm.* — Denique monendum est, Hottingerum in Bibliothecario quadripartito p. 291—293 triginta quinque virorum notitiam ex Ibn Chalicano praebere, de quibus tamen praeter solum nomen fere nihil habet.

(*t*) De حاجي خليفة, qui A. H. 1057 obiit, vid. Repertor. für Bibl. u. Morgenl. Litter. T. III. s. 277 ssq. & A. Galand discours pour servir de Préface à la Bibl. Orient. d'Herbel. p. XXII, XXIII. Nam in opere ipso illum peculiari articulo ab Herbeloto non memoratum inveni, etsi qualibet fere pagina ejus auctoritate utatur.

Zadeh, *lequel porte que le Sultan Selim*, I *du nom*, *après qu'il eut conquis l'Egypte* (A. H. 923) *s'appliqua à lire l'Histoire*, *& fit traduire plusieurs Auteurs*, *& qu'Adhereddin AlArdebili*, (qui obiit Cahirae A. H. 930) *luy traduisit le livre d'Ebn Khalekan en Langue Persienne*.

Denique monendum est, referente Herbeloto l. c. Ibn Chalicani librum in compendium fuisse redactum a Badreddin Hassan Ben O'mar Ben Habib Al Halabi (qui obiit A. H. 779) sub titulo *Maâla ahel albeïan men vafiat Ben Khalecan* (معلقة اهل البيان من وفيات ابن خلكان) „*Illustrium quorumdam virorum descriptio*, *excerpta ex Ibn* „*Chalicani opere*, *de mortibus excellentium hominum*".

An vero, praeter hoc *compendium*, quemadmodum auctor ipse hunc satis spissum librum saepe in suo opere appellat, alios etiam libros composuerit Ibn Chalicanus, nec constat, nec verisimile est (*u*). Ipsi autem in animo fuisse, hoc suum compendium multo magis augere & extendere, e prima libri clausula, ad

(*u*) Num enim recte Hottingerus in Bibl. Or. p. 274, praeter opus وفيات الاعيان Ibn Chalicano attribuat librum, cui titulus سكردان valde dubito; exstat quidem opus, cui ille titulus, sed conscriptum ab ابن ابي حجلة التلمساني qui obiit A. H. 770 vel 774 vel 776, de quo libro ejusque auctore vid. Repertor. für Bibl. u. Morgenl. Lit. T. III. S. 271. Lorsbach Archiv für die Morgenl. Lit. I Bändch. S. 71. Herbel. v. *Succardan*. T. III. p. 359.

ad finem vitae [illegible] adjecta, concludi potest. *Relinquo*, inquit, *in hoc capite, quod Sectionem* ي *comprehendit, multas adhuc vitas, quarum commemorationem, mihi proposueram. Illas vero in posterum exhibebo cum annotationibus multis, quas paravi ad conscribendum librum alium longiorem* (v). Et paulo post; *Propositum mihi est adeo hunc librum, extendere, ut plura quam decem volumina complectatur* (w).

Ibn Chalicani opus suscepit & perficere studuit Fadhl Allah Al Sakai, qui obiit A. H. 743, scribit enim Herbelotus v. *Khalekan*,, Fadhl allah Al Sakai a continué son ouvrage" & T. III. p. 148. ,, Sacai, surnom de Fadhlallah, qui a continué l'histoire des hommes illustres d'Ebn Khalecan depuis l'an 650 jusqu'en l'an 725 de l'Hégire". Porro Jer. Nic. Eyring in Synops. hist. liter. p. 374. dicit; ,, Fadzallah Ibn Abilfachr Assobai (leg. *Assokai*) Ibn Chalicani opus continuavit". Denique in

(v) Arabica haec sunt وتركت في هذا الباب الذي هو احرف الياء تراجم كثيرة كان في عزمي ذكرها فاخرتها مع مسودات كثيرة اعددتها لكتاب اخر مطول

(w) Arabice وفي عزمي ان يكون (هذا الكتاب) اكبر من عشرة اسفار

in Repert. für Bibl. u. morgenl. Litter. T. III. p. 270. scribitur: „ vom jahre 660 bis zum jahre 725 hat es Fadzlallah Ibn Abil-fachr Assokai, unter der aufschrift وفيات (lege ذيل) ذيل الاعيان *anhang zu den wafiat Alajan* fortgesetzt". Sed longe ab his nominibus diversum nomen exhibet Herbelotus T. III. p. 560. ubi dicit: „ L'ouvrage d'Ebn Khalecan a eu aussi sa continuation particulière, depuis l'an 650 dans laquelle il finit, jusqu'en l'an 725 de l'Hégire, par *Tag'eddin Abdalbaki*". Quae quidem ἐναντιοφανέια haud difficili negotio tolli posse videtur. Nam in utroque loco ad eundem auctorem respicere Herbelotum, admodum est verisimile ex indicio annorum, quo suscepisse & ad quem suum opus post Ibn Chalicanum perduxisse dicitur illius additamenti auctor, ab Ao. scilicet 650 usque ad A. 725. Statuendum igitur est, in altero loco nomen proprium, in altero cognomen exhiberi, atque adeo, si integrum nomen Arabicis literis velimus exprimere, inserendum esse vocabulum الصقاعي vel المعروف, legendumque: فضل الله بن ابي الفخر الصقاعي المعروف بتاج الدين عبد الباقي vel الصقاعي الملقب بتاج الدين عبد الباقي. Illud vero nomen num ita recte a nobis positum sit, videant illi quibus appendicem ipsam, qua, quantum novimus, Bibliotheca Lugd. caret, inspiciendi occasio erit. Deinde aliqua est differentia in annotatione anni, a quo ab Ibn

 Cha-

Chalicano inceptum opus persecutus fuerit, Fadhl - Allah, com memorante, Herbeloto annum 650, Eyringio vero & Köhlero in Repert. l. c. annum 660; quod posterius ideo nobis magis verum esse videtur, quia in tabula nostra duo saltem viri ab Ibn Chalicano memorantur, qui post annum 650 vixerunt. Praeterea in catalogo librorum MS. Bibl. Paris. T. I. p. 177 No. 732. quoque dicitur: „ continuationis illius auctor est Fadhlallah Ebn Abilfakhr Assakai, *qui hoc suum opus ab anno Heg. 660 ad annum usque 725 perduxit*".

Tagj'eddini opus continuavit, & ad A. circ. 806, quo obiit, perduxit Scheikh Zein eddin Abdalrahim Ben Hossain Al E'raki (شيخ زين الدين عبد الرحيم بن حسين العراقي) cujus laborem rursus perfecit Scheikh Badreddin Al Sarakhsi (شيخ بدر الدين السرخسي) sub inscriptione O'coud algiomad (عقود الجمان) (x) ... Sed ad propositum nostrum redeamus, dicturi de codicibus quibus usus sum, aliisque, quibus instructi fuimus, subsidiis.

§. IV.

De codicibus, quibus usus sum.

Ex insigni numero codicum, qui in diversis Bibliothecis, tum pu-

(x) vid. Herbel. v. *vasiat.* T. III. p. 560.

publicis, tum quoque privatis exstant, tres tantum integros in meos usus adhibere mihi contigit. Horum primus servatur in Bibliotheca Lugduno-Batava; alter, olim H. A. Schultensii, nunc J. H. van der Palm v. v. c. c. Bibliothecam ornat; tertius denique, praestantissimus ex E. Scheidii libris, A. 1806 divenditis, in J. Willmetii, viri clar. possessionem venit. Praeter hos autem, pulcerrimi cujusdam Codicis usus, ex eadem cl. E. Scheidii Bibliotheca profecti, summa & humanitate & benevolentia Jac. Verburgii, in Gymnasio Daventriensi Orientalis literaturae Professoris, mihi benevole erat concessus. Quam benevolentiam grato semper pectore, sed & animo tristi recordor. Nam librum & simul omnia illa, quae descripseram, cum aliis Codicibus contuleram, in Latinum sermonem converteram, & sic in meos usus jam collegeram ac paraveram, Ravio, viro celeb. attuli duobus ante diebus, quam fatalis iste ruinarum Leidensium eventus accidit; qua intempestiva restitutione factum est, ut omnis nostri laboris fructis, & unde hauseramus, fons ipse fuerit exstinctus. Nam universus ille codex ita prorsus vel disruptus est vel combustus, ut ne pagina quidem ulla, ne vel lacera aut mutila, relicta sit superstes.

Erat autem is liber, quemadmodum in Catal. Scheid. p. 89 memoratur, *nitidissime scriptus*. Ornatum habebat insignem; omnes praeterea voces, quaelibet literae, distincte, pure & perspicue erant exaratae, & quilibet versus accurate sibi invicem respondebant. Uno volumine comprehendebatur & absolvebatur integrum opus; praemissam habebat vitam auctoris, atque

ad calcem libri addebatur index nominum nitidus omnino & elegans. Quo vero anno fuerit exaratus codex, &, quousque interna sese lectionis probitate, aeque ac externa scriptionis pulcritudine potuerit commendare, mihi non adeo constat, ut hac de re accurate referre possim. Novum fuisse haud obscuris constabat indiciis, atque sic etiam a Scheidio appellari solitum fuisse, Cl. Willmetius mihi indicavit.

Codex Bibliothecae Lugd., manu Mauritana conscriptus, tribus voluminibus continetur in 4to, quorum posterius formam habet prioribus majorem.

Volumen primum duplicem praefert manum, alteram a fol. 1. ad 182; alteram a fol. 183. ad fol. 221 (pag. 442), ubi admodum abrupte desinit liber in vocibus ابو مسلم عبد الرحمن, quae constituunt initium vitae illius viri (Tab. No. 382.). Unde ratione verosimili concludas, unam vel plures forte plagulas a fine abesse; quod idem quoque de initio libri statuendum est. Nam & inscriptione caret, & prima plagula, rudiore manu exarata, deinceps affixa est sequentibus. A secunda illa manu restituta quoque videntur duo folia, 123um & 124um, ad implendam lacunam, quae illic locum habebat.

Continet autem hoc volumen integri operis tomum primum, qui sectione خ finitur, & tomi secundi partem, ab alia, & quidem, ut videtur, recentiore manu continuatam. Primus autem tomus hanc habet subscriptionem anni, quo exaratus sit: قم (leg. تم) الجزء الاول وبغيات (leg. وفيات) الاعيان واذباء ابناء الزمان بحمد الله وعونه يوم الثلثا الخامس

الخامس عشر من شهر ربيع الاول من سنة
خمس وعشرين وسبعماية أحسن الله خاتمتها
يتلوه في الجزء الثاني حرف الدال أن شاء
الله تعلي تجز بالكتابة يوم الاثنين التامن
(الثامن leg.) عشر من المحرم فاتح اثنين
وثمانين وتسعماية. *Absoluta est pars prima operis* وفيات
الاعيان وانبا ابنا الزمان (*sit Deo laus pro auxilio!*) *die Martis*, 15° *mensis Rabii prioris A.* 725. *Bonum illi exitum praebeat Deus! Sequetur in parte secunda sectio Dal, si placuerit Deo supremo. Absoluta est scriptio die Lunae*, 18° *mensis Moharrem*, *qui* aperiens *dicitur* (Anni) 982.

Absurdam esse hanc subscriptionem, si ad unum eundemque, vel scriptorem, vel librum descriptum referatur, nemo non videt. Forte igitur hoc modo tollenda difficultas est, ut prior annotationis pars, scil. verba inde a تم usque ad الله تعلي, adjecta fuerint illi exemplo, quod nostri Codicis descriptor fuit secutus. Posterior vero pars, scil. a voc. تجز indicet annum, quo ipse primam sui Codicis partem absolvit. Quae conjectura, si forte vera sit, hunc verborum sensum efficiet. „*Prima haec pars operis* „*Ibn Chalicani, descripta e Codice, qui exaratus est A.* 725, „*absoluta est A.* 982."

Alter tomus a fine mutilus, adnotationem habet, valde obscuram, in plagula hujus voluminis ultima, sive genuina illa, sive postea, ut quidem videtur, affixa; quare necesse non duco illam adferre, cum nihil conferat ad pretium Codicis rite definiendum.

Volumen secundum, ab Omaro Ibn Mohammed Ibn Ali Alja-

 zi-

zidensi, uti patet ex praefixa inscriptione (a) satis ampla, perspicue, &, si hic illic quasdam omissiones excipias, satis accurate descriptum est. Paginas numerat 501. Initium ducit a vitis duorum virorum, qui in Cod. Palm. desunt. (vid. Tab. No. 380, 381.) Ultima vita est ابو الحسن مهيار (No. 765), quo nomine sectio الميم finitur.

Temporis, quo exaratus liber est, nota nulla adest. Inscriptioni quidem voluminis olim septem versus subjecti fuerunt, sed literae omnes adeo plane scalpello erasae sunt atque exstinctae, ut vel acutissimo intuitu, sive potius conjiciendo, nihil aliud inde potuerim elicere, nisi verba كامل ... شعبان ... اربعة وتسعماية (ثلثين vel) وثمنين unde, (dummodo hae voces ad descriptionis absolutae tempus spectent) concludi forte possit, mense Schaban A. H. 984. vel 934 exaratum esse librum.

Tertium volumen absolutum esse dicitur, die السابع والعشرين من شهر رمضان سنة ثلاثة وتسعين وتسعماية, 27° mensis Ramadhan A. H. 993. Huic subscripta videntur nomina descriptoris & Principis cujusdam, in cujus gratiam exaratus sit liber, sed ita obscurae atque a tineis corrosae sunt literae, ut ex iis nullum elicere sensum potuerim. Initium ducit haec pars a Sectione النون & folia continet 269 (pagg. 538). Perspicue quidem & nitide una eademque manu majoribus literis exaratum est, rubroque colore initium cujusque nominis depictum habet hoc volumen, immo in

(a) بالله يثق كاتبه عمر بن محمد بن علي اليزدي

in narrando saepe prolixior est & copiosior hic codex quam Palmianus, sed quia additiones illae parvi sunt ponderis, atque ab altera parte omissiones habet haud paucas; denique, quia, per comparationem cum codice Palm., lectiones aliquas manifesto perversas imo absurdas offert, omnium minimi hanc codicis partem facimus.

Jam, antequam codicem Palmianum describam, est mihi memoranda Ibn Chalicani operis pars una, quae itidem in Bibl. Lugd. asservatur, & quam cum aliis codicibus quoque contuli. Dolenda sane est reliquorum voluminum jactura. Fuit enim hic codex & fidelissimus & antiquissimus, utpote descriptus post obitum auctoris 49 tantum annis, post absolutum opus 58.

Totius autem operis partem octavam vel nonam tantum complectitur, & initio ducto a descriptione vitae ابو ايوب مطرف (Tab. No. 725 in cod. L. Vol. II. p. 429. cod. P. Vol. III. p. 9.) desinit in conscribenda vita يحيى بن خالد البرمكي (Tab. No. 807. cod. L. Vol. III fol. 97 verso. cod. P. Vol. III fol. 80 verso.) Folia habet 212 (pagg. 424) Sed desunt inter fol. 57 & 58 ad minimum 20 paginae, item unum folium deest prope finem libri, sc. 208^{um}. Manu Asiatica, literarum ductu pinguiore, in charta crassiore conscriptus est liber atque absolutus A. H. 730. En verba, quae ad finem operis leguntur, punctis plerisque a nobis additis.

 علقه

علقه — محمد بن عيسى بن محمد بن
رزبك الشافعي — وافق الفراغ منه يوم الاحد
الثامن من شهر ربيع الاخره سنة ثلثين
وسبع مائة ،

„ Huic (Deo) addictum se profitetur Mohammed Ibn Isa Ibn Mohammed Ibn Rozzabek Schafeita, qui hunc librum absolvit die Solis, 8° mensis Rabiae posterioris A. H. 730".

Ex qua subscriptione forte non sine ratione concludas, eo tempore quo hic codex exaratus est, ultimam Ibn Chalicani operis partem, quam post reditum e Syria ab A. H. 669 ad 672 composuit auctor, nondum in omnium lectorum manus venisse, adeoque A. 659, quo Damascum fuit profectus, librum, uti tum erat, nondum absolutum, tamen jam ab aliis descriptum, sive editum, & inter homines pervulgatum fuisse: conf. pag. 17 not *c*.

Ad alterum describendum codicem prius quam me conferam, Palmio, viro clarissimo, debitas hoc loco agere gratias mihi liceat. Omnium enim Ille elegantiorum, inprimis vero Orientalium literarum cultor, simulac nostrum Ibn Chalicani speciminis exhibendi consilium intellexit, ubi potuit, nos adjuvit. Codicem nobis obtulit eximium omnino ac praestantem; insigni nos librorum copia instruxit, e quorum lectione, si aliquem percepe-

ri-

rimus fructum, hunc illi debemus. His addidit alia summae humanitatis, insignis benevolentiae, atque integerrimae amicitiae indicia & monumenta. Egregiam mihi praebuit, tum de Oratoria Sacra, tum, exstincto eheu! Ravio, de Orientalibus literis institutionem & disciplinam. Praeterea ad hocce Specimen publice defendendum, praesidium suum mihi concessit, atque in eo edendo consilio suo suaque opera mihi adfuit. Talia igitur ac tanta beneficia & ex animo meo exstinctum iri numquam patiar, & grato nunc pectore palam recordor.

Alter igitur, quo usus sum, codex Palmianus, ut ab integritate lectionis, ita & ab elegantia scriptionis magnam habet commendationem. Tribus voluminibus continetur opus, quorum primum, in forma compactum quarta, quae dicitur, oblonga, omnium recentissimum est, utpote exaratum A. H. 1061. ab Abd' Allatif Ibn Abu Beker, cujus haec sunt verba ثم في اول شهر رجب سنة الف وواحد وستين علي يد عبد اللطيف ابن ابو بكر

Est autem hoc volumen pulcerrimum duplici manu, sed utraque admodum eleganti ac perspicua scriptum, quarum altera a pag. 1 — 554, altera a pag. 555 — 705 reperitur. Hisce tertia addi potest manus paulo minus studiosa, quae ultimam in hoc codice vitam ابو نعامة قطري (Tab. No. 546) a secunda manu in sectione ق omissam, postea adscripsit; indicem no-

 mi-

minum adjecit, atque Ibn Chalicani vitam nobis restituit.

Volumen item secundum formae quartae minoris, duplicem habet manum, puram & perspicuam alteram ab initio ad pag. 28. eandemque quae volumini primo quaedam adscripsit; paulo crassiorem, aeque tamen perspicuam alteram a pag. 29—441; cujus duplicis scripturae ratio, si ex chartae colore concludere nobis liceat, videtur fuisse, quod priores illae 28 paginae aliquando defuerint. Definit liber in vita ابو الوفا محمد (Tab. N°. 713. conf. cod. Lugd. T. II. p. 407.) ubi tamen quaedam in hujus vitae fine desunt, sive potius praetereuntur per formulam solennem الله اعلم *Deus novit*, qua suam vel ignorantiam rei, vel incertitudinem Arabes solent indicare.

Annus, quo liber absolutus est, prorsus latet. Quantum ex erasa cujusdam possessoris annotatione, ad latus inscriptionis adjecta, colligere potui, A. H. 1074 exstitit haec pars. Sunt enim verba دخل في ملك ... ذي الحجة سنة الف واربعة وسبعون sed multo antiquiorem esse, saltem a pag. 29, extra dubium fere posuerim. Primo enim, chartae color & materia proxime accedunt ad colorem & chartam codicis Lugd. A, quem Ao. 730 absolutum esse, supra vidimus. Deinde in multis, quae ad finem libri adjectae sunt annotationibus, una est, unde nostrae sententiae pondus additur, sed ita obscure & confuse scripta, ut non ausim affirmare utrum legatur annus

سبع

(907^us^ تسع وتسعمائة vel (707^us^) سبع وسبعمائة vel aliud quid. Quo vero ſeſe modo res habeat, interna ſe ſua integritate lectio ſatis commendat.

Tertium denique volumen, quod poſt funeſtam iſtam 12^i^ Januarii cladem A. 1807, mea ipſe manu ex ruderibus vix integrum erui, ex altera olim clade ereptum videtur, nam folia 16^um^ 17^um^ & 18^um^; item ultimum 142^um^ vehementer lacerata, ſed deinde utcumque conſuta & refecta fuerunt; praeterea, ex chartae colore in initio libri magis albo, atque ex ſcriptionis differentia concluderem, quindecim folia priora aliquando amiſſa & poſtea adſcripta fuiſſe, & quidem, niſi me maxime fallat ſcripturae ſimilitudo, ab eadem manu, quae volumen primum ſupplevit ac ſecundo initium reſtituit; unde ſequeretur, & primum, & alterum, & tertium volumen unum olim eundemque habuiſſe poſſeſſorem Arabem, & forte quidem *doctum.* Lectio enim hic illic emendata eſt & in univerſum parum habet, immo, ſi eam compares cum lectione codicis Lugd., nihil fere, quod reprehendas.

Incipit haec pars a vita أبو القاسم . . . الزمخشري (Tab. No. 714. conf. cod. L. vol. II. p. 408.) Literis minuſculis pulcre, pure & perſpicue hoc volumen exaratum eſt, atque, uti diximus, duplici manu, quarum tamen altera ita alterius literarum formam ductuumque figuram fuit imitata, ut utriusque partis ſcriptio fraterna videatur. Cujusque viri nomen majusculis literis ab initio depingitur, & rubro plerumque colore in marginem transfertur,

 ad-

adpictis quoque punctis vocalibus; ad calcem operis additus est index nominum elegans atque accuratus.

De tempore, quo liber absolutus est, idem fere dicendum erit, quod de vol. II observavimus. Scilicet ex annotatione cujusdam possessoris ad latus inscriptionis adjecta, praeter quam nulla alia temporis nota adest, patet, A. H. 1097. hunc librum exstitisse. Sed ex chartae materia & colore, a fol. 16 sqq., longe remotiori aetate descriptum esse codicem, omni vacare dubio fere affirmaverim (*b*).

Venio ad tertium codicem, cujus accurate conferendi, ut & describendi, otium mihi fecit possessoris J. Willmetii humanitas. Nam vir Ille, orientali eruditione praeclarus, & qui antiquam in his literis Belgarum gloriam in Illustri Athenaeo Amstelaedamensi egregie tuetur: hic igitur, instituta totius sui codicis cum apographo nostro comparatione accurata, omnes, quas reperit lectionis diversitates, maxima diligentia annotavit, & nobiscum communicavit, ita ut, quidquid ex praestantissimo ejus codice utilitatis & fructus ad laborem nostrum accesserit, illud omne summae Willmetii erga nos benevolentiae atque amicitiae acceptum referri debeat. Pro quo molesto & difficili labore gratias

(*b*) Scio equidem non semper flavo posse colore confidi, at vero vehementer fallerer, si hunc nostrum codicem callida quaedam rufasset manus. E A. Borgeri Oratio.

tias, quas fincero pectore posſum, maximas viro clariſſimo haud deſinam habere.

Verum & alia in me beneficia contulit. Nam cum ipſi verſionem meam vitae Ibn Chalicani & praefationis exhibuisſem, nonnullas ei adjecit animadverſiones atque annotationes, mihique benigne concesſit, ut iis opusculum meum exornarem, quod ita facere conſtitui, ut ſingulas, literâ W. ad finem adjectâ, inſignirem, atque ab aliis diſtinguerem. Praeterea deſcriptionem codicis ſui accuratam mihi ſuppeditavit, ejusque ſpecimini meo inſerendi copiam benigniſſime fecit.

Itaque deſcriptionem codicis, qui jam mihi memorandus foret, ipſius viri clariſſimi verbis referam.

„Ex Oriente anno 1769 ad cl. E. *Scheidium allatus* eſt inter primos, quos inde accepit codices; deinceps autem ex ejus Bibliotheca emtionis jure ad nos pervenit. Priusquam vero aut de eo, quod ex Ibn Challecani opere continet, aut egregias ejus dotes, aut quae aliunde ei accesſerunt, deſcribam, verbulo dicendum eſt de ejus habitu, forma & conſtitutione."

„Forma quartana maxima exaratus, quatuor iisque ſpiſſis conſtat tomis, qui autem tribus voluminibus compacti ſunt, licet quatuor titulis inſigniti: primus quidem paginarum 271, alter pagg. 352, tertius 390, quartus denique 546. Hi quatuor, quam-

quam non eadem manu scripti, cum tertius & quartus hoc nomine a prioribus differant, omnes tamen maxima perspicuitate se commendant, cum quia literis majoribus exarati sunt, tum quia plerumque, ubi opus est, punctis vocalibus instructi, raro quidem, nec fere nisi in vocabulis passim obviis, notis diacriticis carent. Quinam eos scripserint incertum est, cum scribarum nomina non sint addita. Antiquitatem tamen habent insignem; primus quidem & alter, qui eodem volumine sunt compacti, ipsius scribae manu in epilogo dicuntur exarati, mense Ramadhan anni 760; quartus vix 27 annis post Auctoris mortem scriptus est, scilicet mense Schawal anni 708, in templo majori urbis Hamath. In tam antiquo igitur codice haud mirum est, multa per vim temporis nunc quidem deficere. In tomo primo desunt articuli 8 ad 54, uti & 63 ad 72, & articulus 191. Inter tomum secundum & tertium deëst forte pars integra, sc. artic. 354 usque ad 592, uti & inter tomum tertium & quartum articuli 737 ad 790."

„Haec autem licet temporis injuria forte in perpetuum perdiderit, omne tamen id, quod hic codex ex Ibn Challecani opere continet, maximam attentionem meretur, sive ea consideremus, quae nobis servavit, sive ea, quae in eo omissa sunt. Plures vitas continet quam ullus codicum, quos huc usque novi; & tanto quidem numero, ut in solis tomo I & II servatae sint triginta & novem, quae in aliis omnibus, qui collati sunt, frustra quaeruntur; nec tantum in iis qui collati sunt, verum & in iis, quos ipse possidet Oriens.

Me-

Meretur ſane hac de re hic deſcribi illa nota, quam eruditus quidam Arabs addidit margini tomi II. p. 225, ad art. 310. inſer. tam vitam أم المومنين عايشه, quaeque nota, licet punctis diacriticis paſſim deſtituta, haec eſſe mihi videtur:

أعلم ان هذا الجزء فيه تراجم حماعه (leg. جماعة) من الصحابة رضي الله عنهم وتراجم حماعه (leg. iterum ج) من الخلفاء والمصنف قد الترم (leg. التزم) اول خطب كتابه انه لا يترجم احدا من العرىفىن (forte leg. العريفين) في كتابه هذا فلا ادري ما وقع في هذا الجزو من تراجم من ذكر فيه من العرىفىن (forte iterum leg. ut modo) من الحاق النساخ او غيرهم او وقع في بعض نسخ من التالىف (leg. التاليف) دون بعض لا ان الحاجه دعت المصنف الي ذكرهم كما ذكر في السابعين (leg. التابعين) انه لا يذكر منهم الا من دعته الحاجه الي ذكرهم والظاهر انه من الحاقات (forte leg. ة) النساخ ن فاني لم ارهم مذكورين في غير هذا الجزو

Si igitur hoc nomine differat hic codex a plerisque aliis, differt

& a nonnullis in eo, quod paucae vitae desunt, quas alii exhibent. Dubito autem, utrum quidem illae deesse, an potius omissae de industria, aut tunc nondum cognitae, nec ab Ibn Challecano ipso descriptae esse dicendae, sint, cum aliae seriori manu margini codicis hujus additae sint, ut in collatione nonnunquam notavi, ad alias nonnullas nota in margine indicet, ejusmodi vitam in aliis codd. exhiberi, sic ex. gr. margini tomi II p. 172, ad finem vitae ابو معمر شبيب بن شيبه (Tab. No. 288) additur nota: هذه الترجمه معدومه من بعض نسح (leg. خ) هذا التاريخ والموجود منها بهذه النسحه (leg. item cum خ) كما قراه ابن (vel, قراه ابناء) خال عن تاريخ وفاه صاحبها ۞"

„ Nec tantum haec vel desunt vel omissa sunt, verum & caret codex hic *Vita Ibn Challecani*, quae nonnullis codicibus, uti & Scheidiano deperdito, praemittitur; caret & *Epilogo* illo, qui in aliis codd., etiam ab Herbeloto memoratis, Ibn Challecano tribuitur, quem tamen ab auctoris apographo absuisse forte quis suspicari possit, quia in codice nostro, quem deinde videbimus cum autographo collatum, tomus postremus consueta formula concluditur, absque ut ulla epilogi illius injiciatur mentio, licet tomus ille ad finem usque collatus esse dicatur."

„ Quidquid sit, sive ille epilogus ab Ibn Challecano profectus sit, cujusmodi tamen epilogos raro libris suis subjungere solent

Ara-

Arabes, five ab alio quodam, forte quidem ejus operis continuatore, ex traditione confectus & ejus nomine fit editus; habet codex nofter plures dotes, quibus aut legentibus commoda multa praeftet, aut prae plerisque fe commendet auctoritate vix in dubium vocanda: illae quidem levioris, hae majoris funt momenti. Magnopere enim infervit ufui hujus operis, tum quod in tomo I & IV margini addantur ea nomina, quibus fcriptores aut vulgo cogniti funt, aut plerumque ab aliis citari folent, tum quod in tomo I toto nomina, licet colore tantum nigro, literis tamen majusculis, inftar illarum quae in titulis librorum adhiberi folent, in tomo autem II rubro colore diftincta, in tomo III praenomina & nomina propria, in tomo IV tantum praenomina rubro illo atramento fcripta fint, ut legenti facile in oculos incurrant. Nec parum facit ad lectoris commodum, quod tomis II & IV praemittatur accuratus index omnium vitarum in iis occurrentium, additâ etiam cujusque paginâ."

„ Majoris autem momenti eft altera dos, quae ejus collationem fpectat, nec fane vulgarem. Paffim quidem videmus, in plurimis fcriptorum codicibus ad finem paginarum quarumdam indicari, collationem inftitutam effe; hic tamen plus datur, cum per univerfum tomum poftremum ad vigefimam quamque, nonnunquam & ad aliam paginam, notetur „ eo usque perductam effe collatio-„ nem cum autographo auctoris, cui mifericordiam praeftet „ Deus". Illa autem collatio facile potuit inftitui, fi ex prae-

cedentibus in memoriam revocemus, quam breve tempus intercesserit inter annum 708, quo scriptus est, & annum 681, quo obiit Ibn Challecan. Et sane simile quid, quamquam aliis verbis, me olim in describendo legere memini in codice Abulolae Sekt-Essend vetustissimo, quem Bibliotheca Leidensis servat, quique, cum scriptus sit A. 589, conferri potuit cum autographo ipsius Tebrizii, 59 annis ante id tempus mortui."

„Si igitur tantae antiquitatis sit, forte inde derivandum est, quod saepe careat diverso illo annorum nativitatis aut mortis calculo, qui in aliis codicibus conspicitur, ibique saepius interpolationem sapit, eamque, quo recentior sit codex aliquis, eo majorem; cum quisque eruditus sui codicis margini aliquem annum, qui sibi verus videretur, potuerit addere; qui vero deinceps, ut fit, a scriba quodam, ejusmodi codicem totum quantum describente, e margine in textum sit relatus. Imo dantur nonnulli articuli, in quibus nullus annus, sive nativitatis sive obitus, exhibetur, cum tamen ille in recentioribus codicibus illis sit additus."

„Est & tandem tertia ejus dos, sed alius generis. Uti nempe in tomo I, praesertim in ejus initio, margini adduntur plurimae, etiam uberiores, notae & supplementa, ita illis universus tomus II scatet, aliis e chronicis Bagdadensi, Damasceno, Ispahanensi, Andalusio, aliis ex Hescham Ibn el-Kelabi, Taberita, Aboul Fargj al-Ispahani, Ibn al Gjuzi, Mesoudi, Ibn Koteiba, aliis denique ex Haririi Dorrat al-Gawaas, aut ex Tartouschi Lucerna

Re-

Regum desumtis; quae quidem omnes notae & supplementa tot sunt numero, ut his ille tomus altera forte parte sit auctior, quam uti primum scriptus erat, adeoque aliud fere opus videri possit".

„ Cuncta autem haec si resumamus, de antiquitate codicis, auctoris aetatem fere attingente; de collatione cum autographo; de plurimis vitis non nisi in illo obviis; de aliis contra omissis, quae sensim interpolatae sunt in recentioribus; de supplementis tandem textui additis, facile quis in suspicionem induci posset, verum & genuinum Ibn Challecani librum, non aliunde auctum, in eo superesse: saltem ex his omnibus patet, haud minimam huic codici auctoritatem esse tribuendam, praesertim cum usus satis doceat, illum scriptum esse non a scriba vulgari, saepe servilem in modum exarante quod minus intelligit, sed ab homine & linguae & historiae literariae peritissimo".

„ Addere denique liceat, missis plurimis possessorum notis nullius momenti, aliquam observationem, quae in involucro primo tomi primi legitur, praesertim ob ejus partem alteram:

قال الذهبي في سنة احد وثمنين وستماية توفي قاضي القضاة شمس الدين احمد بن محمد بن ابراهيم بن خلكان الاربلي الشافعي صاحب وفيات الاعيان،

وفي سنة ثلاث وثمنين وستماية توفي بهاء الدين محمد بن محمد بن ابراهيم ابن خلكان

خلكان قاضي بعلبك (forte leg. بعلبك) كان اسره من اخيه

„Quae posterior observatio forte alicujus momenti esse poterit, licet nihil noverim, nec de auctore الذهبي vel الذهعي, nam obscure & minutissimis literis scriptum est, nec de memorato illo Cadhi in Baalbec, uti legendum videtur, Bohaëddino, nostri consanguineo, & duobus annis post eum mortuo".

Praeter codices, quos memoravi, alio quoque ad tabulam meam conficiendam subsidio uti mihi licuit, per humanitatem viri summi J. Sylvestre de Sacy. Nam cum celeberrimus Ravius, Parisiis visitaret virum illum, humanitate non minus insignem, quam eruditione illustrem, de edendo nostro Ibn Chalicani specimine cum eo collocutus fuit. Quod consilium cum valde approbaret vir praeclarus, tum hujus approbationis indicium nobis exhibuit *tabulam* (*c*) aliquam sive seriem nominum, a se ex codice quodam, in suos usus confectam, aliaque benevolentiae suae signa & edidit nobis, & insuper in nos conferre, omni se esse hora paratum significavit. Pro quibus officiis gratum semper Viro summo animum testari, in praecipua *felicitatis* meae parte habebo.

Index vero ille, quo tamquam altero codice sumus usi, cujusque

(*c*) de Sacy hunc suum libellum inscripsit „*Table d'Ebn Khalekan*".

que viri nomen, non tamen integrum cum omnibus proavorum nominibus, refert. Eundem autem modum & nos in hoc nostro specimine instituere decrevimus. Positis scilicet punctis intermediis, longam & parum utilem majorum seriem reticuimus ac suppressimus; eorum, de quibus agit Ibn Chalicanus, illustrium virorum, non vero proavorum abavorumque eorum nomina exhibituri.

De pretio codicis, quo usus est vir praeclarus, judicare quodammodo poterunt Lectores e collatione & comparatione lectionum, quas inde attulimus, cum iis, quas ex aliis codicibus hausimus. Nos, cum codicem ipsum oculis non usurpavimus, ab omni, de ejus integritate & praestantia judicio, abstinendum existimamus.

Caeterum, in variis variorum codicum lectionibus exhibendis, hanc citandi rationem sum secutus. Codicis Mauritani lectionibus praeposui literam L tamquam *Lugdunensis*. Ut autem ab eo discernerem partem illam codicis unam, manu Arabica conscriptam, inde desumtas lectiones indicavi litera A, quasi dixissem codex *Arabicus*, κατ' ἐξοχὴν ita dictus. Porro codicem e Bibliotheca Palmii mihi concessum P, tamquam *Palmianum*, Willmetii per literam W *Willmetianum* nominavi. Denique indici a cl. *de Sacy* mihi in usum dato literam S tribui.

§. V.

De hujus ſpeciminis conſilio & tractandi modo.

Edendi hujus ſpeciminis conſilium, non a mea, ſed a Ravii voluntate profectum, commemorare inſtituenti, renovatus mihi adeſt moeror & luctus, & triſtis omnino atque acerba recordatio doloris. Nam illud immortalitate dignum ingenium, illa virtus, illa pietas S. F. J. Ravii morte exſtincta tam ſubita eſt, ut, quem te aditurum valentem credidiſſes, hunc jam mortuum inveniſſes. O fragilem hominum vitam! O fallacem noſtram ſpem, noſtrasque cogitationes inanes!... ſed ad beatorum inſulas profecto non ereptam Ravio a Deo immortali vitam, ſed donatam eſſe mortem cogitemus!

Ravius igitur, qui ſui memoriam ſemper mihi ſanctam reliquit, ut ab ineunte curſu Academico Orientalis mei ſtudii hortator fuit atque adjutor, ſic poſtea edendi alicujus ſpeciminis monitor fuit atque auctor, mihique, ut periclitarer vires, in manus dedit Ibn Chalicani haud exiguum opus. „ Eſt enim, inquiebat, Ibn Chalicanus omnis eruditionis fons & ſcaturigo, dignus profecto, qnem blattis aliquando tineisque ſurripiant, atque e tenebris protractum in lucem producant eruditi. Videas igitur, num, quisnam fuerit, & quid, ſtupenda doctrinae copia inſtructus, praeſtiterit, exhibendo ſpecimine poſſis oſtendere. Forte ex-

excitabuntur, illumque integrum edendi propositum arripient, ac donec effecerint, tenebunt, qui auctoritate vel pecunia valeant praeclari in civitate viri. Hunc autem in finem legas primum & describas operis praefationem. Digna forte etiam, quae edatur, est ipsius auctoris historia, sed stilo conscripta sublimiori. Huic adjungas unam alteramque virorum illustrium vitam. Has denique sequatur omnium hominum index, ut, quid Ibn Chalicani opere contineatur, quosnam & quot complectatur illustres viros, possit unicuique patere. Indicem vero tuum ita componas, ut cujusque viri non unice nomen exhibeas, sed simul, quo quisque anno natus sit & mortuus, brevi annotatione ostendas. Scio equidem, aliquem tibi fore exantlandum laborem, ast ardua quae pulcra! Quid enim? consilii nostri votique aliquando si tua opera facti fuerimus compotes, excitasse te illum ardorem laete, nec prorsus sine laude tua, secum recogitabunt, quotquot in posterum sint exstituri Orientalis literaturae fautores; sin vero nostra labamur spe, finisque optato careat successu, tuum tamen specimen *lexici biographici* usum quodam certe modo semper poterit praestare."

Sic Vir Ille suum in hoc edendo specimine consilium patefaciens, me adhortabatur stimulabatque; cui monito si temere ego obedierim, juvenili id ardori ignoscant aequi rerum judices, quaeso, &, ubi desunt vires, tamen esse laudandam voluntatem secum cogitent. Si vero magnis me excidisse ausis forte

judicent, intermortuum huic labori Ravium mecum lugeant!

Tractandi modum quod attinet, quem in hoc elaborando specimine mihi propofui, in eo, quantum potui, Ravii voluntatem fequi fum conatus.

Itaque praemiffae Ibn Chalicani vitae fubjunxi praefationem auctoris. Deinde breviter cujusque viri nomen, ea ratione, quam fupra notavi, in tabella exhibui, quem in finem totius Ibn Chalicani operis lectionem inftitui, fed curforiam tantum. Primo enim, nullo alio mihi confilio fufcipienda lectio fuit, nifi ut, quo quisque anno natus fit & mortuus, verbo tantum annotarem. Deinde, non unius anni, vel & minori temporis fpatio inftitui & perfici accurata ejusmodi libri lectio poteft, in quo pervolvendo facile & libenter totam confumferis aetatem. In conftituenda autem nominum lectione Criticum quodammodo agere debui, atque inter unum & alterum, tertiumque codicem divifus, quod mihi, & ad aetatem, & inprimis ad praeftantiam codicum attendenti optimum videbatur & veriffimum, felegi atque in textu exhibui (*a*).

In-

(*a*) Scilicet, auctoritatem codicis *Willmetiani* duxi fupremam, & huic parem habui codicem Lugdunenfem *Arabicum*. Deinde codex *Palmianus*, quod ad internam lectionis probitatem, praeftantior mihi vifus eft codice *Lugdunenfi* Mauritano, (conf. ipfa utriusque codicis defcriptio). Poftremo autem loco ponendam effe exiftimavi lectionem

Indici vel praeponere vel subjungere constitueram, monente atque optionem faciente Ravio, duas duorum illustrium virorum vitas, alteram Aboul Saadat Al-Mobarek Ibn Al-athsiri Al-geziri scriptoris praeclari; alteram, Abou'l Hassan Mousae Ibn Gjasar Al-Sadik, nobilis unius duodecim illorum religionis antistitum, qui nomine *Imam* noti sunt, quos venerantur Schiitae sive sectatores Ali, quique adeo sunt oppositi Sunnitis sive Orthodoxis (*b*). Sed postquam illas a me ex tribus codicibus descriptas & elaboratas funesta ista ac fatalis 12 Januarii flamma perdiderat, aliam quamdam se speciminis loco vitam electurum Ravius dixit, unde major forte & eruditis utilitas, & lectoribus jucunditas existeret; at vero optionem illam simul cum lumine Ravii suppressit, atque exstinxit inopinata mors.

Itaque cujusnam viri vitam ex tam insigni praestantissimorum, & in quolibet doctrinarum genere excellentium virorum multitudine, mihi enarrandam sumerem, diu dubius haesi, donec tandem, mo-

nem *Indicis* a clar. de Sacy mecum communicati, tum, quia incertae auctoritatis mihi est codex, cujus antiquitatem & probitatem prorsus ignoro; tum praesertim, quia ejus lectiones, uti illas notavi, instituta comparatione cum aliorum codicum lectionibus, saepe mihi suspectae visae sunt, & forte videbuntur iis, quibus instituere collationem libuerit.

(*b*) Duo hi memorantur in Tab. No. 553. & 749.

monente Palmio, viro clarissimo, Abou'l Fadhl Jahiae Ibn Chaledis historiam elegerim, tum, quia illo vivente Barmecidarum familia maxime inclarescere coepit, tum, quia Ibn Chalicanum per longam proavorum seriem ex illustri illa familia suam duxisse originem constat. Sed ut hanc vitam eligendi, sic & eandem omittendi duplex fuit ratio. Nam, cum in legenda & describenda Jahiae historia versarer, mox animadverti, esse admirabile quoddam, ut sanguinis sic & historiae vinculum & quasi cognationem, qua, vitam patris tradenti, filiorum simul duorum, Gjafaris scilicet & Fadhli historiam commemorandi mihi necessitas imponeretur; cum vero vererer, ne disputationis Academicae terminos, consuetudine fixos, jam migrassem, praesenti hora proposito valedicere meo; atque illud vel simile aliquid peragendi consilium in posterum differre tempus, ratum mihi fuit. Nam, (si mihi similibus fere cum Cicerone verbis uti liceat,) *etiamsi jam de Ecclesiastico munere consuli coepti simus, jamque tribuenda sit opera ministerio sacro, vel omnis potius hodie in eo cogitatio & cura ponenda, tamen deinceps tantum huic studio relinquendum putamus, quantum vacabit a publico officio & munere.*

Ab Academia autem discessuro nefas mihi ipse ducerem; nisi, e quorum lectionibus aliquam mihi hausisse utilitatem videor, Doctoribus meis, viris eximiis, omni mea laude superioribus, gratum significassem pectus.

Et

Et *Kluitii* quidem, *Luzacii*, *D. Wynperſſii*, & *Ravii*, fatis humanis functorum, memoria ſemper mihi ſancta erit: eorum vero, ut & viventium inſtitutionem, egregiamque diſciplinam, &, quibus me cumulaverunt beneficia, gratâ, donec vivam, mente recolam. Habet utique Theologia ſuos adhuc eximios vindices, celeberrimos Triumviros *Car. Boers*, *Jon. Gul. te Water* & *Jo. van Voorſt*; habent ſuum Orientales Muſae *Palmium*. Splendet ac fulget Graecarum lux Latinarumque literarum *Wyttenbachius*. Beäti ſenis, Philoſophi Chriſtiani, veſtigiis inſiſtit dignus patre filius *S. J. Wynperſſius*. Belgicarum gloriam literarum ſuſtinet *Siegenbeekius*. Micat Aſtronomiae lumen, cujus ſibi ſplendorem vindicavit Trajectum, *Calkoenius*. Floret denique aetate non magis, quam doctrinae copia plane ſingulari, qui mihi dulciſſimus eſt amicus, *Borgerus*. His viris quid debeam, ſentire posſum, dicere non posſum. Concedat autem iis felix aevi ſpatium, eorumque vitam in Literarum, Academiae, Patriae, Religionisque emolumentum conſervet ac ſoſpitet praepotens Mundi Rex!

ترجمة المولف
شمس الدين احمد بن خلكان
عليه رحمة الرحمن

احمد بن محمد بن ابرهيم بن ابي بكر بن خلكان بن يارك بن عبد الله بن شاكل بفتح الكاف بن الحسين بن مالك ابن جعفر (leg. جعفر) بن يحيي بن خالد بن برمك بن حاباسي بن مسناسي بن حاباسي البرمكي الاربلي[1]

(1) *Ibn Habaſi &c.* بن حاباسي بن مسناسي بن حاباسي Merito ſuſpecta eſſe poteſt horum nominum ſcriptio, nam in opere ipſo, ad vitam Gjafar Al-Barmeki, in cod. L. legitur جعفر . . . بن برمك بن جماس بن يشناسف Itaque & hoc loco mutanda videtur lectio in بن برمك بن جماس بن يشناسف بن جماس البرمكي: niſi & praeterea vitium inſit voci جماس legendumque, ſive ſemel, ſive bis, بن جماسف ,, Quae quidem ſuſpicio forte inde confirmari poteſt, quia inter Principes metropolis Chorafanae Balch (بلخ), ex qua ortum duxiſſe Barmecidarum familiam narrat Ibn Chalican, (in vita *Jahiae Ibn Chaled Ibn Barmek*; conf. & Herbel .v. *Barmekian*, & in vita *Gjafari* in cod. W. T. I. p. 124.) apud Hiſto-

VITA AUCTORIS SCHEMS EDDIN AHMED IBN CHALICANI,

quem Deus misericordia sua beët.

Ahmed Ibn Mohammed, Ibn Ibrahim, Ibn Abu Beker, Ibn Chalicân, Ibn Jarek, Ibn Abd' Allah, Ibn Schakal, (cum phata supra keph), Ibn Al-Hosein, Ibn Malek, Ibn Gjafar, Ibn Jahja, Ibn Chaled, Ibn Barmek, Ibn Habasi, Ibn Mosnasi, Ibn Habasi (1), Barmecida Arbelita.

Su-

storicos Persicos nonnulli occurrunt nomine *Gjamasp* cogniti, ex gr. *Gjamasp, frater Cobadi*, regis Persiae ex Dynastia Sassanidarum, de quo conf. Mirchond apud S. de Sacy Antiquités de la Perse p. 355 sqq. W." Ex qua observatione in concordiam redigi possunt variae relationes apud Herbelotum in v. *Barmekiân*, ubi dicit: *quelques uns font descendre (la famille des Barmecides) des anciens Roys de Perse; mais son origine la plus connuë se tire de la ville de Balkhe*". Quid enim, si putemus, Barmeci proavum Gjamasp (جماسف) vel Regem Persiae fuisse ipsum, vel ex Persiae regibus ortum? Ita Barmecidarum familia, si adscendamus ad Barmecum, qui in urbe Balch praefectus fuit templo Magorum, *Noubhar* dicto, (uti narrat Ibn Chal. in vita Jahiae Ibn Chaled) ex illa urbe originem duxisse existimanda est; si vero altius adscendamus ad Gjamasp, eadem familia ab antiquis Persiae regibus orta dici potest.

قاضي القضاة شمس الدين، احد علما عصره وسيد فضلا دهره، جمع بين علوم جمة من فقه وغريب واداب ولغة وتاريخ وغير ذلك،

جمع تاريخا نفيسا، اقتصر فيه علي المشهورين من كل فن واعيان كل زمان، وسماه بوفيات الاعيان، فهو كتاب جم الفوايد كثير النفع ۞

(2) *Rerum — rariorum.* Vocabulum غريب verteram prius *dicta minus bene cognita atque obſcura* ſcil. *Alcorani & Traditionum*, unde haec Willmetii caſtigatio profluxit. „ Si forte contextus ob praecedentem فقه exigere videtur, ut illud non generatim de quibusvis locutionibus, ſed nominatim de dictis Corani & Traditionum explicetur, quo ſenſu vocabulum غريب abſolute poſitum non habent Golius, aut Giggejus, nec Gjeuh. aut Phiruzab. in Camuſo, recentiores vero addunt vel القران vel الحديث; notio tamen *obſcuri* & *minus bene cogniti* huic nomini non ineſſe videtur; غريب enim eſt *remotus*, *longinquus*, dein *peregrinus*, mox *exoticus* & *inuſitatus*, hinc غريبة & غرايب ſaepius junguntur cum عجيبة & عجايب *admirabilibus*, & nunc notant *inſolita* & *praeſtantiora beneficia*, uti apud Ibn Hadithi p. 252, nunc *narrationes*, *elegantia rariori inſignes*, Harir. 5: 110, nunc *res geſtas prorſus ſingulares*, Vita Tim. p. 420: 8.

aut

Supremus Judex Schems-Eddin (*Sol religionis*) inter eruditos suae aetatis fere incomparabilis, & praestantissimorum sui seculi facile Princeps, cum aliis disciplinis conjunxit uberem jurisprudentiae, rerum locutionumque rariorum (2) cognitionem: Literarum item humaniorum, linguae Arabicae, Historiae, aliarumque disciplinarum peritus fuit. Auctor est pretiosi operis historici, in quo breviter descripsit vitas hominum celeberrimorum & excellentissimorum, qui omni aevo in omni vitae genere inclaruerunt. Illud inscripsit *mortes hominum illustrium* (3). Est vero ille liber utilitatis insignis & multiplicis usus.

Na-

aut *casus ejusmodi* Bohadd. vita Salad. p. 103. nunc *rariora regionum & animantium*, Vita Tim. II p. 414: 10, 11. aut *comparationes raras & elegantes*, Vita Tim. II p. 980: 6. In his omnibus autem notio *obscuri* omnino non convenit. Uti igitur غرايب a Zamachschari synonymum censetur cum اوابد الكلام *peregrinis* aut *insolitis locutionibus*, ita suspicor Ibn Chalicanum hic *peritum* dici, sive generatim *rerum*, *verborum*, *locutionum exoticarum aut exquisitiorum*, sive, si hoc sensu sumendum sit vocabulum, nominatim *insolitarum & singularium locutionum Corani & Traditionum*".

(3) *Mortes &c.* Decurtatus est hic titulus operis Ibn Chalicani, uti eum etiam dedit Herbelotus voce *Khalekan*, quod brevitatis causa vulgo faciunt Arabes in citandis aliorum libris, praesertim satis cognitis. Cum enim hi tituli saepius constent duobus membris, quorum alterum alteri sono suo respondeat, prius tantum adducunt, omisso posteriore. Plenum titulum dabit Ibn Chal. in praef.

مولده يوم الخميس جمادي عسر (عشر leg.)
ربيع الاخر سنة ثمان وستماية باربل
واشتغل بالفنون وافتي وولي قضا الشام
وكانت له يد طولي في علم اللغة ونقد
الشعر لم يكن في عصره من يعرف
ديوان المتنبي كمعرفته

(4) *Arbela* Ptolemaeo, Straboni & Plinio jam cognita, Mesopotamiae urbs, describitur ab Herbel. v. *Arbel.* & ab A. Schultens. in Ind. Geogr. ex Jacuti Lex. Geogr. & ex Abulfeda. Originem urbis ad quemdam Arbul refert Abulphar. Hist. Dyn. p. 15, cui tamen traditioni forte parum fidei tribuendum est. Nunc quidem Arabibus *Irbil* dicitur. Multos protulit viros eruditione conspicuos, & ab ea *Arbelitas* cognominatos, quorum nonnullos recenset Herbel. l. c. quibus tamen addi possunt tum ipse auctor noster, tum, cujus vitam ipse dat Abou'l Fadhl Ahmed... Arbelita, cognomine Scherf eddin; (Tab. No. 44), uti & Abou'l Hasan Ali Ibn Abi'l Hasan Arbelita, auctor libri طبق الحكري qui est inter codd. MSS. nostros. W".

(5) *A. H.* 608. Id affirmat ipse Ibn Chal. in vita أم الموبد زينب (Tab. No. 250.) ubi de semet ipse loquitur his verbis:
ومولدي يوم الخميس بعد صلاة العصر حادي عشر شهر ربيع
الاخر سنة ثمان وستماية بمدينة اربل بمدرسة سلطانها الملك
المعظم مظفر الدين بن زين الدين (زين الدين P. بن زيري L.)

(6) وافتي Verbum فتا non tantum de consiliis, sed pecul. de responsis & sententiis jurisperitorum adhibetur; quorum petitio, publico nomine facta, exprimitur in X sp., pronunciatio autem in IV. Sic in Excerptis ex Abulfeda a Schult. post Bohad. ed. p. 54. Elmacin.

Natus est Arbelae (4) die Jovis, undecimo mensis Rabiae posterioris A. H. 608 (5); variis in rebus occupatus fuit, praesertim in sententiis dandis juridicis (6). Damasci functus est munere Cadhi, atque insigni gaudebat cognitione (7) linguae (Arabicae), judicioque critico in discernendis carminibus genuinis a suppositiis (8). Nemo ejus tempore inveniebatur, qui opus poematum Motanabbi adeo bene cognoscebat atque ille. Con-

cin. p. 188. ad fin. atque ita permutantur قنوي ‑ كتبوا & اقنوا apud Abulphar. Hist. Dyn. p. 386. init. W.

(7) *Insigni — cognitione* proprie *admodum longa erat ei manus:* يدى الطولي enim, *manus longa*, transfertur etiam ad peritiam & per eam aequisitam auctoritatem in aliqua doctrina; sic Abulphar. Hist. Dyn. p. 330, & haec locutio opponi solet alteri قاصر اليد Vita Tim. p. 206: 10. II. 628: 9. vid. Excerpt. Schult. ex Ispah. p. 6.

(8) *Judicioque &c.* ونقد الشعر. Verbum نقد a *pungendo* & hinc *signando* habet notionem technicam *discernendi numos genuinos a spuriis*, quae figurata significatio dein ad alias etiam res transfertur. Sic ناقد & coll. نقاد *probos numos a sequioribus discernentes* figurate dicuntur ii, qui laudem veram ab adulterina solent distinguere apud Ibn Hadithi p. 252 init. Inde &, uti hoc loco ad carmina & versus, ita alibi ad doctrinas transfertur, ut جهابذة النقد proprie *examinatores probae monetae*, notat *peritos eloquentiae verae judices* Harir. 6: 190. & paullum diversa translatione, scientiae politicae tribuitur *aurifodina* نقود ودرون quasi *numorum proborum & spuriorum*, Vita Tim. 420: 9. W".

وكان مجلسه كثير الفوايد والبحث ذو
تحقيق؛ يعرف الفقه واللغة والعروض
معرفة تامة، وينظم نظما حسنا، ويستحضر
علم التاريخ استحضارا تاما، ويشارك في
غير ذلك من العلوم ۞

صحيح الذهن، ثقب الفكر، كثير
المودة، عظيم الراي، متحملا، متواضعا،
كامل العقل، محبا للفضايل، مربيا لاهل
الفضل، محسنا اليهم ۞

ولي قضا الشام اولا في ثامن ذي الحجة سنة
تسع وخمسين وستماية، وسلك سلوكا حسنا
من الفقه والديانة والكرم ولطف الطبع ۞
واستمر

(9) *Animo ſuo &c.* verbum حضر in X ſp. generatim notat *praeſentem absque mora ſiſtit aliquem* ut in Excerpt. ex Ispahan. p. 3; ſed etiam transfertur ad res & facultates mentis. Sic استحضر عقله Vita Tim. II. 624: 10. & medicus ſagax deſcribitur مستحضر للشروح *in explicatione morborum promtus* ap. Abulphar. Hiſt. Dyn. p. 525. fin. W".

(10) *Studium religionis* الديانة. Sic Vita Tim. 300: 13. 622: 2. vertitur quidem apud Abulphar. Hiſt. Dyn. p. 268 *jus*, ſed perperam,

Consortium ejus erat plenum utilitatis, inque eo veritas disceptando indagabatur. Jurisprudentiam, linguam & prosodiam perfecte cognoscebat, ac bonos ad metri rationem exactos versus componebat. Porro universam historiae scientiam animo suo praesentem habebat (9) modo perfectissimo, atque eadem ratione cum aliis disciplinis quasi consortium inierat.

Ingenio fuit sanus. Penetrans res de quibus secum cogitabat. Amore erga alios insignis. Consilio magnus. Patiens. Modestus. Judicio perfectus. Diligens omnes qui virtute quadam eminerent. Curans homines excellentes, iisque beneficia largiens.

Prima vice judex Syriae fuit creatus die octavo mensis Dsu'l-Hagjae A. H. 659. utque illo munere magna cum laude fungeretur effecerunt ejus peritia juris, studium religionis (10), animi nobilitas, indolisque lenitudo.

Cum

ram; nam ibi voces في غير ديانة cohaerent, & uno eodemque sensu vertendae sunt cum ولا خطر للمسلمين. Significatio enim illius speciei, cujus hoc vocabulum est nomen Act., aperte est *religioni deditus fuit* Cor. 9: 29. Sic Abulphar. Hist. Dyn. p. 427. ad fin. وهي طايفة تدين بدين النصرانية, & paulo aliter Hamza Ispah. in Hist. Joctan. p. 38. Ita & nomen illud adhibet Mesoudi in ذكر ملوك اليونانيين codicis nostri MS. p. 39, ubi de populo dicit كانوا مع هذا لهم قوة وصبر وطاعة لملوكهم لديانته. W"

Q.

واستمر كذلك عشرة اعوام الى ان عزل في يوم
الاحد ثالث عشرين شوال سنة تسع وستين
وستماية، فسافر الى الديار المصرية،
واقام بمصر مدرسا في المدرسة الفخرية
عزيزا محترما الى ان اعيد الى
قضا الشام، فدخل دمشق متوليا
يوم الخميس سابع عشرين المحرم سنة
ست وسبعين وستماية، وفرح اهل دمشق
بقضايه، وقدمت اليه القضايا بمنحه، الى ان
فصل في سلخ المحرم سنة احدى وثمانين
وستماية

(11) *Mesrae.* مصر quidem generatim ſignificat Aegyptum; ſed magis ſpeciatim eo nomine ſaepiſſime apud Hiſtoricos Arabes occurrit, Aegypti metropolis, quae prius Memphis fuit, deinde Babylon, denique Cahira. conf. Herbel. v. *Mesr.* T. II. p. 610. Hoc autem loco *Cahira* innui videtur (de qua conf. Herbel. v. *Caherah* T. I. p. 460. & A. Schult. Ind. Geogr. vitae Salad. adj. v. *Alkahira*) nam ex hiſtoria libri patet, Ibn Chalicanum A. 669 Damaſco *rediiſſe Cahiram.* conf. §. II. p. 17. & not. ſeq.

(12) *Collegio, Fachreddini*, proprie *Fachritico*, ſed الفخرية videtur eſſe denominativum, ortum ex alicujus viri vel nomine vel cognomine, ſcilicet فخر الدين *gloria religionis*, quod plurium apud Arabes virorum cognomen fuit. Sive ille Fachr-eddin Collegii illius

vel

Cum vero hoc munere annos fere decem fuerat functus, eo movebatur die Solis, vigesimo tertio mensis Schawal A. H. 669. Quare profectus est in Aegyptum, & Mesrae (11) constitutus est Doctor in collegio Fachr-eddini (12), existimatione honoratus atque auctoritate inviolabili, donec juberetur in Syriam redire ibique denuo judicis munus suscipere. Itaque Praefecturam aditurus Damascum ingressus est die Jovis, vigesimo septimo mensis Moharrem A. H. 676. Et tali laetitia affecti sunt Damasci incolae de ejus reditu ad munus judiciarium, ut ipsi offerrent carmina in ejus laudem composita. Sed ultima vice munere privatus est prope finem mensis Moharrem A. H. 681,

vel Lycei fundator fuerit, uti e. g. collegium a Chalifa Mostansero fundatum ab Abulphar. Hist. Dyn. p. 463 vocatur مدرسة المستنصرية conf. & J. Willmet. orat. de meritis Arab. &c. p. 37, sive alia de causa ab illo nomen acceperit. Quidquid sit, id saltem constat, Cahirae olim plura uno collegia floruisse, nam Assemanus Bibl. Or. T. I. praef. p. XI. de urbe Cahira *& de gymnasio ibi exstructo & nomine* أزهر *insignito* refert. Praeter illud autem fuit collegium Sectae Schafeiticae addictum, cui Ahmed (Tab. No. 44) fuit praefectus, ut narrat Ibn Chal. in ejus vita, quodque A. H. 569 Cahirae exstruxit Saladinus, cujus vitam descripsit Ibn Chal. (vid. Tab. No. 849) atque ab illa Secta, sive potius a Sectae Principe الشافعي Schafei (de quo vid. not. 20) nominatum est *collegium Schafeiticum* المدرسة الشافعية vid. Herb. v. *Salaheddin* T. III. p. 175. Ab utroque autem diversum videtur, quod hic memoratur, collegium *Fachriticum*.

Q 2

وستمايةٴ فتوفي مفصودا في يوم السبت
سادس عشرين رجب سنة احدي وثمانين
وستماية

(13) *A. H.* 681. „ De priore hoc numero vehementer dubito, tum, quia inter finem menſis Moharrem & 26um diem menſis Regjeb, tam breve duorum menſium tempus intercedit, ut auctor potius dixiſſet *poſt duo menſes, ſcilicet 26 menſis Regjeb* : tum, quia, ſi eodem anno duae res contigerint, Arabes non ſolent eundem annum repetetere, ſed numerum anni tantum ad poſteriorem addere, ut Ibn Chal. paſſim, vel &, numero anni ad priorem exhibito, de poſteriore tantum dicere السنة المذكورة. Hinc putem priorem numerum 681 levi mutatione emendandam eſſe in 680. Ad quam conjecturam codices conſulendi ſunt. W." Quia Typographia Lugd. figuris numeralibus caret, nos in textu & hac nota pro cyffris Arabicis vocabula ponere coäcti ſumus: de lectione autem Codicis, unde haec deſcripta ſunt, nullum eſt dubium.

(14) *E venae ſectione:* id indicaret vocabulum مفصودا qua notione verbum فصد adhibetur in Excerpt. Schult. ex Abulf. p. 60. ab Abulphar. Hiſt. Dyn. p. 409. Elmac. Hiſt. Sarac. p. 122 &c. dummodo haec lectio eſſet vera, ſed lineola, rubro atramento huic vocabulo ſuperſcripta & in marginem tranſlata, indicat, ſpuriam eſſe lectionem atque emendandam. Itaque Ravius olim mecum communicavit hanc conjecturam cl. S. de Sacy: „ Je ſuppoſe qu'il faut lire مفصولا, et je crois, que la différence entre معزول & مفصول conſiſte en ce que ce dernier veut dire *depoſé ſans retour, pour la dernière fois*". Willmetius autem, etſi nullam aliam propoſuerit lectionem, tamen a cl. de Sacy paululum diſſentire videtur in ſequenti, quam mecum communicavit, vocabuli مفصولا explicatione. „ Emendatio vocabuli مفصودا in مفصولا quam exhibuit cl. de Sacy, robur aliquod accipit ex praeced. فصل, ſi modo notio illa demonſtra-

ri

681 (13), atque obiit Damasci ex venae sectione (14) die Saturni, vigesimo sexto mensis Regjeb A. H. 681. Sepultus

autem

ri possit, qua ingeniose suspicatur Vir cl. discrimen inter معزول & مفصول hoc esse, ut posterius notet *deposé sans retour, pour la dernière fois.* Obstat tamen, fateor, nonnihil constructio verbi توفي cum nomine مفصولا *obiit postrema vice abdicatus*; tum, quia illud *obiit* sponte jam involvebat, eum *postrema vice fuisse abdicatum*; tum, quia cum توفي saepius jungitur morbi genus, ex quo quis obierit, unde suspicari quis possit, an forte مفصولا etiam hic indicet *mortis causam*; tunc quidem posset esse, *arthritico morbo correptus*, notione denominativa a فصل *artus, articulus,* & مفصل *articulus corporis, artium compages* apud Rhazen passim, & in Vita Tim. II: *98. 16*, unde est adagium in Adagiis a Golio subjunctis Erpen. Gramm. p. 66. no. 3; & hinc وجع مفاصل est *morbus articulorum, arthritis* apud Abulphar. Hist. Dyn. p. 484. Sed haec tantum conjectura sit, cum ejus veritas ab historia pendeat, quae, quod sciam, nusquam tradit, quo morbo Ibn Chal. obierit". Sed quid? (ut & nos conjiciendi periculum faciamus!) si in locum مفصودا collocemus vocabulum, & literis huic simillimum, & de cujus significatione non opus est ut simus solliciti, & denique, quod sensum fundat aptum atque in ipsa historiae veritate fundatum, legamusque وتوفي مقصودًا & *celeri morbo abreptus obiit*? proprie, *obiit fractus, ruptus*, figura forte desumta ab *hasta, quae medio in certamine rumpitur*; nam aegrotavit tantum quinque dies, ut mox narratur. Glossa autem a Golio ex Gjeuh. notatur مقصد *qui ex morbo subitò moritur.*

وستمائة بدمشق، ودفن بالجبل جوار التربة الصوابية قبالة الرباط الناصري، ومدة مرضه خمسة ايام، ذكره البرزالي باجسط من هذا، ومن شعره، رحمه الله تعالى،

انظر الى عارضه فوقه
الخط اذ يرسل منها الحتوف
تشابه الجنة في خده
لكنها تحت ظلال السيوف

وذكره العلامة ابو العباس احمد بن فضل الله العمري في تاريخه فقال،

قاضي

(15) *Sawab-eddin* proprie *Sawabiticum*, fed الصوابية eodem modo ut fupra الفخرية explicari poffe videtur per صواب الدين. Quod idem & fufpicor mox de الناصري tamquam dictum vel a *Nafer-eddin*, vel a *Nafero* quodam, tunc fatis cognito.

(16) *De eo mentionem facit Barzali* ذكره البرزالي. Nefcio utrum aff. ه in ذكره pertineat ad praeced. مرض, ita ut fenfus fit: „ Barzali fcriptor multis verbis enarravit *Ibn Chalicani morbum*", vel an aff. ه generatim intelligendum fit de Ibn Chaliçano, & vertendum: *de Ibn Chalicano mentionem fecit Barzali.* Mihi quidem prius videtur magis verum, etfi in verfione dubiam vocem *de eo* elege-

autem est in monte, qui est prope tumulum Sawab-eddin (15) ex adverso Monasterii Naseritici. Morbo laboravit tantum quinque dies. De eo mentionem facit Barzali (16) pluribus verbis, quam nos hoc loco transscribere possumus. Ex carminibus ejus (Ibn Chalicani), cui sit misericors Deus! hoc sit specimen.

Adspice ejus genam! super quam
Sunt ejus oculi, unde emittit mortem.
Conspicimus Paradisum in illa gena,
At vero sub umbra ensium (17)!

Porro mentionem ejus fecit doctissimus Abou'l Abbas Ahmed Ibn Fadhl Allah Omariensis in suo opere historico (18) his verbis.

Sy-

gerimus. Quisnam autem fuerit ille Barzali equidem ignoro.

(17) Quorsum hi versus spectent & ex quonam carmine desumti sint, nescio; forte desumti sunt e carmine quodam, in quo sui amoris objectum canit, ejusque formositatem depingit, ita ut sensus sit: „ En juvenis illius genam! Paradisi veneres & delicias refert! sed fulmina mortifera, quae emittunt ejus oculi, sunt instar fulgoris ensium, quibus ad Paradisum aditus praecluditur!" sive, quod magis Arabicum, minus tamen, ut mihi quidem videtur, poeticum est; „ Conspicimus in ejus gena Paradisum, sed cujus umbram efficiunt enses, *oculi nempe, ensium instar vulnerantes*".

(18) *Abou'l Abbas &c.* Integrum ejus nomen Arabice est شهاب الدين احمد بن يحيى بن محمد الكرماني الكاتب العمري

قاضي القضاة شمس الدين الخمس بن خلكان الاربلي الشافعي احنف وقته حلما وشافعي زمانه علما وحاتم عصره الا انهم لا يقاس

العمري cognomine ابن فضل الله & الدمشقي qui obiit A. 741. Compofuit opus 20 voll. (quorum nonnulla inveniuntur in Bibl. Parif.) infcriptum مسالك الابصار في ممالك اخبار الملوك والامصار conf. de la Croix Hift. du grand Genghiscan p. 543. Similem librum fcil. مسالك الابصار في ممالك الامصار compofuiffe narrat Pocock. Spec. Hift. Ar. p. 367. ابو العباس شهاب الدين احمد بن يحيى mortuum A. 749. natum A. 700. qui idem eft quem memorat Herbel. v. *Schehabeddin Abou'l Abbas* T. III. p. 255. & quem v. *Maffalek* T. II. p. 575. dicit cognominatum fuiffe *Al Marakafchi*, de quo conferri etiam poteft Deguignes in Actis Eruditorum Gallicis, menfis Junii A. 1758 cit. quoque a Koehlero in praef. ad Abulfedae Tabulam Syriae p. XXXVI. Quae loca pofteriora Willmetio debeo. Ab utroque vero (nifi, quem nos adduximus, idem fit cum eo, quem cum diverfo mortis tempore citavit Pocockius) diverfus videtur *Abou'l Abbas Schehabeddin* de quo refert Herbel. T. I. p. 29. illum effe auctorem operis Geographici cui titulus *Maffalec al abfar &c.* Nam addit: *Il' la compofa un peu avant l'an de l'Hégire* 700: quo alter natus eft.

(19) *Ahnaf* qui hoc loco innuitur, memoratur ab Ibn Chal. Sect. ض Tab. No. 304. conf. Herbel. v. *Ahnaf* T. I. p. 130. Ibn Chal. in ejus vita dicit هو الذي يضرب به المثل في الحلم

Ille

Supremus judex Schems-Eddin Ahmed Ibn Chalican ex urbe Arbela, addictus Sectae Schafeitarum, sui seculi exstitit Ahnaf (19) quod ad mansuetudinem; & sui temporis Schafei (20) fuit quod ad eruditionem; suaeque aetatis se Hatem praestitit (liberalitate;) dummodo cum eo possit compa-

Ille est, *cujus animi lenitudo* sive *patientia* abiit *in adagium.* Proverbium autem hoc est احلم من الاحنف *mitiore animo quam Ahnaf.* conf. omnino H. A. Schult. in Parte Prov. Meid. p. 192 sqq. ubi & multa dedit ex Ibn Chal. conf. & Abulf. Annal. Mosl. Vol. I. p. 412—416.

(20) *Schafei.* De eo vid. Pocock. Spec. Hist. Ar. p. 295, 296. Herbel. v. *Schafei* T. III. p. 224. & omnino Ibn Chal. in ejus vita (Tab. No. 560) qui, postquam eruditionem ejus & omnium doctrinarum cognitionem enumeravit, addit قال ابو عبد القسم ابن سلام ما رايت رجلا قط اكمل من الشافعي وقال عبد الله بن احمد بن حنبل قلت لابي اي رجل كان الشافعي فاني سمعتك بكثير من الدعاء له فقال يا بني كان الشافعي كالشمس للدنيا وكالعافية للبدن

„*Testatus est Abou Abd'al-Kasem Ibn Salam, se nunquam vidisse hominem Schafeio perfectiorem: Et retulit Abd' Allah Ibn Ahmed Ibn Hambal, se aliquando dixisse patri suo: saepissime te audio appellantem Schafeium, qualis igitur homo ille fuit? tum vero patrem respondisse: O mi fili! fuit Schafei instar solis mundo, & instar sanitatis corpori!* vid. & Abulf. Annal. Mosl. T. II. p. 128—134.

يقاس به حاتم، وخاتم دهره الذي ختم به
على الكثرة، ثم لم يغلقن له خاتم،
من بقايا البرامكة الكرام، والسادة
الذين لبنوا جانب الدهر القوام، وكان زمنه
مثال ذلك الزمان الذاهب، وعلم منه، ذلك
الاحسان

(21) *Hatem*. Significatur hoc loco Ibn Chalicani *liberalitas* & *hospitalitas*, quae virtutes, etiamsi forte a se invicem possint separari, apud Arabes tamen pro una eademque habentur, & saepissime permutantur. Quanti eas Orientales fecerint, colligi potest ex variis apud Meidanium proverbiis; conff. e. g. Provv. LII, CXV, & inprimis, ubi de Hatemo agitur, CCXXVII. Ab Homero quoque haec virtus celebratur Il. Z: 14—16, 216—220. Il. Λ: 778. Odyss. Θ: 25. sqq. &c. *Hatem* e tribu Tayensium ortus, inde accepit nomen حاتم الطايي de quo, ut & de proverbio أجود من حاتم *liberalior Hatemo*. vid. Abulf. vita Moh. p. 120, 121 not. a. Pocock. Sp. Hist. Ar. p. 43, 343. Gol. ad Adag. Ar. p. 79. Schult. in Prov. Meid. p. 133—144. & ibi cit. Cardonne Melanges de litterature Orientale T. I. p. 163. Herbel. v. *Hatem* T. II. p. 218.

(22) *Tandem*, *fuit sui aevi sigillum*, *quo* &c. وخاتم دهره الذي ختم به على الكره ثم لم يغلقن له خاتم Ad difficillima haec verba sic observaverat S. de Sacy, uti mecum communicavit Ravius „ L'auteur me semble vouloir dire, que le temps pour se venger d'Ebn Khilcan, en qui avoit fini la race des hommes de mérite, ne l'a pas épargné, comme jamais il n'épargne les gens du plus rare mérite". Hisce, quid nobis ad

parari Hatem (21); tandem, fuit sui aevi Sigillum, quo illud invitum obsignabatur; tamen ipsi non defuit Sigillum (22). Originem duxerat e reliquiis familiae Barmecidarum nobilis; e Principibus illis, qui leniebant mores seculi, a justitia celebris. Immo, illius aetas praeteriti Barmecidarum aevi imago erat! Eadem enim tum erat munificentia ac liberalitas (23), juncta

ad haec verba in mentem venerit, liceat adjicere. Et primo quidem observamus, auctorem captare paranomasiam videri inter praecedens حاتم & quod hic loci est خاتم. Deinde, ludere auctorem in duplici vocis خاتم significatione, quod nunc sumit pro *Sigillo quo aliquid obsignatur*, nunc vero pro *annulo sigillari quod tamquam ornamentum digito gestatur*, improprie, pro *ornamento*, vel *honore*. Porro, vocabula ختم & يغلت passivo sensu sumenda esse; denique aff. ه in له retulimus ad دهر, ita ut hic sit sensus. „Fuit sui seculi sigillum, (ultimus tanti nominis), quo quidem illud (aevum) *invito se ipso* claudebatur, non tamen ingloriose; proprie; tamen non defuit ei (aevo) *sigillum* (id est ornamentum): sive; Ibn Chalicanus, uti tanti nominis ultimus, sic & illius aevi maximum fuit ornamentum". Ita *dolori*, quem ex morte Ibn Chalicani percepisse seculum fingitur, opponitur, tamquam levamen doloris, خاتم *ornamentum*, quo ab eodem Ibn Chalicano nomen gloriosum ac decus immortale accepit. Potest tamen aff. ه in له etiam ad Ibn Chalicanum referri, ut sit. „Fuit sui aevi sigillum, quo illud invitum claudebatur (maluisset nempe illo superstite finiri). Ipsi (Ibn Chalicano) tamen non defuit sigillum (dignitas scilicet & auctoritas)"

(23) *Liberalitas*. Id magnifice testatur Poeta quidam, *Mo-*

الاحسان وتلك المواهب مع التخلو (التخلق leg.) بتلك الخلايق التي كانها بات يشب عنبرها، واصبح يتحير من اكاليل جواهر الثريا جوهرها، بحلم داوي

Mohammed Ramadir, apud Ibn Chal. in vita Jahiae Ibn Chaled in Cod. L. qui inter alia & haec habet; ما خلقت الا لجود اكفهم *Illorum manus non creatae erant nisi ad largienda dona*. Conf. inprimis, quae S. de Sacy, Chrest. Ar. T. I. p. 22 attulit ex Fachr-eddin Razi.

(24) *Cum imagine*. Mutatio vocabuli التخلو in التخلق est viri cl. Willmetii, qui haec animadvertit. „Pro التخلو potius legerem التخلق, ut integra locutio مع التخلق &c. بتلك الخلايق explicanda sit ex gemino illo usu, quem habet Golius in V. Sp. verbi خلق, & quo, in mente scriptoris tam luxuriantis ingenii, medium quasi verbum fuerit, utramque hanc imaginem jungens. Non enim satis observari solet scriptorum Arabicorum, praesertim stili cothurnati, mos, verbum quoddam plurium significationum seligendi, ut eo geminam imaginem jungant, sicque ab altera ad alteram quasi transitum faciant, quod Poetis inprimis frequens est, nec Hebraeis etiam inusitatum. Quem morem, a stilo Europaeo plane alienum, verbulo indicasse hic quidem sufficiat".

juncta cum imagine (24) similium virtutum, quarum se gratus odor diffundebat instar ambari noctu accensi, quarumque gemmae oculos praestringebant magis, quam gemmae coronae illius Pleiadum tempore matutino (25). Mansuetudine erat

(25) *Ut earum se odor &c.* كانما بات ـــ الثريا جوهرها; proprie: *acsi earum ambarum accenderetur noctu, atque earum margarita magis oculos praestringeret, quam mane corona margaritarum Pleiadum.* Ravius mecum olim communicavit virum cl. S. de Sacy putasse, transponenda esse vocabula legendumque واصبح يتحير اكليل جواهر الثريا من جوهرها. Ad quam observationem haec vir cl. Willmetius. „ Videtur mihi vocabulorum ordo servandus, & ها referendum ad خلائق, quas celebrare pergit auctor; ideoque nunc cum splendore Pleiadum matutino tempore comparat; non autem simpliciter, sed complicata imagine, ita ut in subsidium vocet splendorem جواهر *margaritarum*, quem tam illis خلائق quam illis ثريا tribuit, illarum tamen splendorem prae harum splendore extollens, unde vocabula, &c. يتحير من paraphrasi quadam, quae complicatam hanc imaginem contineat, sic verterem: *quarumque* (خلائق), *tanquam margaritarum, splendor, omnes magis in stuporem rapiebat*, (sive proprie: *magis oculos praestringebat*,) *quam splendor coronae illius margaritarum, quam mane referunt Pleiades.* Quinta enim species تحير & *attonitum reddendi*, & *visum praestringendi* significatione,

داوي معوية سوء غضبه بمثله ولا داري
بشبهه ابو مسلم في مكايده وفعله
وكرم ما داني السفاح غماه
ولا

ne eodem modo adhibetur apud Bohadinum in vita Salad. p. 143. in verbis تخبرت ابصار حبلهم W". Porro vocabulum عنبر in vita Tim. T. II. p. 628. transfertur ad fraudem; *incendere* عنبر احتياله *ambarum fraudis suae.* De *ambaro* multa habet Bochart. Hieroz. P. II. p. 864—869. Et de الثريا sidere, quod saepe in compartionem adducunt Poetae Orientales. e. g. Amra'lk. Moal. vs. 25, 48. uti Homerus illud οὔλιος ἀςὴρ Il. Λ: 61—65. vel Ἕσπερος Il. X: 317—319; vel in elato dicendi genere adhibent e. g. Vit. Tim. p. 284. Job. 9: 9. c. 38, 31. Amos. 5: 8. De illo sidere vid. Poc. Sp. Hist. Ar. p. 29. Bochart. Hieroz. P. II. p. 114. 40. ubi nominis rationem fuse exponit, Schol. ad Elnaw. Sent. 112. p. 69. Conf. & Jones. Com. Poes. As. p. 75, 76, 313. &c.

(26) *Moawiah* Ibn Abu Sofjan, primus Ommiadarum Chalifa, qui regnavit ab A. H. 41 ad 60, quo obiit, omnino mitis ingenii fuit atque injuriarum patiens (Herbel. v. *Moaviah* T. II. p. 626.). Erat enim mansuetudine tali, ut ea ipse suam supprimeret iracundiam ebullientem,

وكان حليما وكان حلمه قاهرا لغضبه

inquit Abulfeda in Annal. Mosl. T. I. p. 378. conf. & Reisk. in notis p. 82. not. 154.

(27) *Abou Moslem &c.* Abou Moslem Abd' Alrahman, cujus vitam exhibet Ibn Chal. (Tab. No. 373) Abbassidas ad imperium duxit sua & potestate & astutia: vid. Herbel. T. I. p. 38. In ejus vita haec

da

erat tali, quali olim Moawia suam ipse iram sanabat (26), & quali numquam animos delinire studuit Abou Moslem, sive aliquid machinaretur, sive illud executioni traderet (27). Animi nobilitate tanta, ut Saffah ad eam numquam accesserit (28), ne-

de eo refert Ibn Chalican. تاتيه الفتوحات العظام فلا يظهر عليه اثر السرور وتنزل به الحوادث الفادحة فلا يُرى مكتئبا واذا غضب لم يستفزه الغضبه. „ *Contigerunt ei expugnationes magnae absque ut minima apud illum laetitia animadverteretur, contra ipsi acciderunt calamitates graves sed non videbatur tristis: & etiamsi irasceretur, tamen non ad levia atque inconsiderata illum agebat ira.*

(28) *Ut Saffah &c.* proprie; *ad cujus nubes Saffah non appropinquavit.* Abu'l Abbas Saffah, primus Chalifa ex Abbassidis, imperavit ab A. 132 ad 136, quo obiit. (Herbel. v. *Saffah* T. III. p. 152.) Elmac. Hist. Sarac. p. 97. fin. dicit illum fuisse كريم الاخلاق *nobili indole,* eumque injunxisse Abd'Allae filio Haseni honorarium *bis mille nummorum* (درهم, *staterum* vertit Erp.) additque وهو اول خليفه وصل بهذه الجملة *atque ille primus inter Chalifas fuit, qui tantae summae honorarium dedit.* Abulphar. Hist. Dyn. p. 215. inquit, illum a sanguinis effusione abhorruisse atque in familiam (Mohammedis) fuisse affectu propenso; وكان .... يكره الدما يحابي (vel يتحامي) على اهل البيت. Praeterea, inter consanguineos praecipue, maximam suae ditionis partem divisit. vid. Abulf. Annal. Mosl. P. II. p. 4.

ولا كان به المامون وقد طلب الامامة، هذا
الى ادب خف به جانب الخفاجي، واستصغر
الوليد؛

(29) *Mamunus &c.* Animo generoſo fuiſſe Mamunum, ſeptimum ex Abbaſſidis Chalifam, patet ex eo, quod aequo animo fuerit paſſus, fratrem ſuum Aminum, etſi natu minorem, Harouno patri ſuccedere, cum ipſi Choraſanae regionis imperium tantummodo obtingeret. Hiſtoria autem, quam hoc loco innuere videtur Ibn Chalicani vitae auctor, haec forte eſt. „ Aminus Chalifa a Veziro Fadhl, filio Rabiae incitatus, fratris Mamuni maximam exercitus partem e Choraſana Bagdadum arceſſebat, jus ſucceſſionis ei ſurripiebat, idque in ſuum filium transferebat; praeterea Mamuno bellum indixit, eumque quovis modo labefactare & exſtirpare ſtuduit. Mamunus vero, exercitus ſui imperium Thaheſo Ibn Hoſſain demandato, tam ſtrenue & proſpere ſe defendebat, ut, etſi ipſi minime in animo eſſet fratrem occidere, atque in ipſius locum fraterno inquinatum ſanguine conſcendere thronum, tamen A. H. 205 conſtitueretur Chalifa". Praeterea eſt hoc notatu dignum, quod Thaherum ſui exercitus ducem, & qui Aminum interfecerat, nunquam ad ſe viderit appropinquantem, quin lacrymis effuſis illum aſpiceret, fratris mortem lugens. Abulphar. Abulf. Elmac. & Herbel. variis locis.

(30) *Chaphagjeus.* جانب الخفاجي proprie *latus Chaphagjei*, per pleonasmum τοῦ جانب quod varia ſignificatione pro re nata eſt accipiendum, ita ſupra جانب الدهر vertimus *mores ſeculi*, fere ut Reiskius in Annal. Moſl. P. I. p. 191. ubi لين الجانب vertit *lenis in conſuetudine.* Erpen. in Elmac. Hiſt. Sar. p. 151. لين الجانب لاصحابه *ſuaviter cum ſuis converſans*, Gagnier ver-

neque etiam Mamunus cum expeteret imperium (29). Tanta ad haec accedebat morum doctrinaeque elegantia, ut hac parte levis esset prae eo Chaphagjeus (30), Walidus par-

vertit *lenis conversatione* in Abulf. vit. Mah. p. 145. item Erpen. ap. Elm. p. 228. لين الجانب *suavis conversationis*, ad quem forte locum alludens Gol. in Lex. p. 539, eadem vocabula vertit *lenis moribus*. Scheidius autem جانبا من الرجاء in Poem. Ibn Dor. vs. 100. p. 36. vertit *fulcrum* spei. Alia exempla dabunt Reisk. l. c. p. 202. not. c. A. Schult. ad Ham. p. 392. Willm. in Lex. v. جنب Quibus addatur: الخير امنع جانبا من قلة الجبل المنيعة Bonitas tutior est, propr. *magis est latere munita*, quam cacumina montium inaccessorum, in Ali Ben Abi Tal. Carm. p. 168. ubi conf. Kuypers in notis. — Jam de ipso *Chaphagjeo*. Ex praeced. أدب patet, hunc & qui sequuntur *Walid* & *Tai* a literarum cultu claros esse putandos. Hinc Chaphagjeus, qui hoc loco innuitur, videtur esse Poeta ille celebris Persa, qui excelluit in Poesi Arabica, atque inclaruit tempore Harouni, quinti Abbassidarum Chalifae, nomine الضحاك بن عقيل الخفاجي. Versum ejus citat Ibn Chalican, in vita *Gjafar Barmecidae*, sed ejus vitam non exhibet. Illum memorat Herbel. v. *Dhohak* T. I. p. 594. sed, quos ibi adfert ejus versus, eosdem Jonesius Comment. Poes. As. p. 16. edit. Lips. auctoritate libri *Shekerdan* attribuit cuidam Poetae, nomine *Mofadhal*. De libro سكردان, sive, ut Jonesius habet شكردان, praeter ll. citt. p. 25 not. u. vid. inprimis Jonesius Com. cit. p. 386 sq.

الوليد، وطوي ذكر الطاي، مع اتقان في ضبط
الوقايع وحفظ البدايع؛ احد علما عصره
المشهورين وسيد ادباء دهره
المذكورين ۞

وحكي عنه انه كان في زمن صباه، ايام
اشتغاله وابان توقد لهب ذكايه واشتعاله،
يحب بطلب غلاما جميل المحيا، يعتصر
من وجنتيه سلاف الحيا، يستخف الحليم
بوجهه

(31) *Walidus* hoc loco non est alteruter Chalifarum Ommiadarum hujus nominis, quorum ille, Walid Ibn Abd'almalek, a victoriis clarus, *sextus*, alter, non a virtutibus illustris, *undecimus* fuit ex Ommiadis Chalifa, sed mihi videtur ... الوليد ... البحتري ... Poeta illustris, auctor Hamasae minoris, sive collectionis carminum uti sunt illa Abu Tamami. Hujus Walidi vitam exhibet Ibn Chalic. vid. ll. citt. ad Tab. No. 787. „ Haec conjectura inde confirmari potest, quod Bochtari ille saepius absolute nomine الوليد citari soleat. Sic ad versum Abulolae in Sekt-Effend MS. &c. وقال الوليد، ليس النبع بمثمر؛ Tebrizius notat „ الوليد بن عبيد البحتري W".

(32) *Tai* hoc loco non est Hatem Tayensis de quo egimus not. 21. sed auctor *Hamasae* illius cujus excerpta edidit A. Schult. Vitam ejus descripsit Ibn Chal. vid. ll. cit. ad Tab. No. 146.

parvus (31), & deleretur memoria Thai (32), praeterea Historiae cognitio profunda & memoria pulcerrimis ornata (*eloquentiae, poësosque*) monumentis. Fuit inter eruditos sui seculi celeberrimos incomparabilis, hominumque literatorum, suo aevo fama clarorum, facile princeps.

Dicitur jam in pueritia sua, illo tempore cum studiis incumberet, atque illa aetate cum arderet flamma ejus ingenii & ardoris, amasse Halebi (33) juvenem pulcerrimum vultu, e cujus genis expressisses uberrimum vitae succum (34), cujus faciei pulcritudo

(33) *Halebi* حلب urbs Syriae maxima de qua vid. Herbel. v. *Halab.* T. II. p. 187. A. Schult. Ind. Geogr. ad vit. Salad. v. *Halebum.*

(34) *Pulcerrimum vultu &c.* جميل المحيا يعتصر من وجنتيه سلاف المحيا. De vocabulo محيا vid. Chrestom. S. de Sacy T. II. p. 506. „ Ludit auctor more suo in duobus vocabulis similis fere soni المُحَيّا & المَحْيَا. Posterius مَحْيًا *vita*, explicatur a Gjeuh. المحيا مفعل من الحياة & saepius occurrit. Prius explicandum quodammodo est. مُحَيًّا uti recte scribunt Gjeuh. & Schult. ad Haririum Conf. II. p. 62. non محيي, ut in Lex. meo post Gol. & Cast. perperam expressum, proprie, ut partic. pass., est *salutatus vultus*, explicatione Tebrizii apud Schult. l. c. dein generatim *vultus*; sic, praeter ll. in Lex. meo citt. scribitur & significat apud

بوجهه الوسيم، ويضل بانيل طرته البهيم كل شاعر في كل واد يهيم، وكان في بعض الاحايين يغشاه، ويسبل عليه سيوف حرقته ولا يخشاه، فانقطع مدة ولم يستطع هو فيها ان يقصره لكشق (leg. لكشف) خبره ويتعرف ما

ورايت مُحَبًّا ابي زيد قد سفر. apud Harir. conf. 13. MS. & Tebrizius ad Abulolae Sekt-Effend MS. carm. 14: 56. ad versum &c. محياه وهو وجهه كالنهار explicat ومحياك للذي يعبد الدهر *Vultum* hujus juvenis talem praedicat auctor noster, ut *e genis ejus exprimere quis posset* سلاف المحيا, Scilicet سلاف Golio dicitur *succus primus & anticipatus, qui ex uvis fluit ante pressionem*, & *vinum* quod Gjeuh. dedit سلاف ما سال من عصير العنب وتسمى الخمر سلافا & aliis verbis Ibn Nahhas ad Amralk. Moall. vs. 81. السلاف اول الخمر والرحيق الخالص من الخمر; magis autem perspicue Zouzenius in Comm. MS. ad h. l. السلاف اجود الخمر وهو ما انعصر من العنب من غير عصر Ex hac igitur explicatione *succus uvarum optimus & copiosissimus, etiam antequam premantur*, transfertur ad *genas juvenis, tam uberrimo vitae succo plenissimas*, ut cum eo abundanti & egregio uvarum, nondum expressarum, sed summae maturitatis succo comparari possint W".

(35) *Antiarum nox.* In formositatis descriptione luxuriari Arabes so-

eritudo consilio ac mente privasset prudentem; cujusque antiarum nox (35) nigredine sua effecisset, ut unusquisque Poëta instar furibundi oberraret per omnem vallem (36). Hic juvenis aliquando Ibn Chalicanum nec opinantem visitabat, & stringebat contra eum enses suarum pupillarum, non vero ita ut ei incuteret terrorem: aliquamdiu autem tum illi juveni fuerat praecisa occasio Ibn Chalicanum videndi, neque etiam hic eum potuerat adire, ut cognosceret quid ipsi accidisset, atque ut a juvene intelligeret, quae-

ſolent, cujus rei luculentiſſimum exemplum eſt deſcriptio Mohammedis ap. Abulf. Vit. Moh. p. 142. ubi conf. Gagnier in notis. & juvenum illorum qui in hac Ibn Chal. vita memorantur. Porro Jones. Com. Poeſ. As. p. 103 ſq. 262 ſq. Sic laudant Arabes nigredinem *palpebrarum* Caab Ben Zoh. vs. 2. & inprimis *capillorum* Amr. Moal. vs. 34. Poem. Togr. vs. 18. quos vulgo cum *nocte* comparant; ut Harir. Conſ. II. ubi v. Schult. p. 113. not. Ibn Dor. vs. 1 & 3. ubi Scheid. p. 2, 69. Motan. in Reiske's Proben der Arab. Dichtk. aus dem Motanabbi (Leipz. 1765) p. 19, 29 & not. p. 32, 45. ubi ex Carm. 63. hic habeatur vs.

فرع يعيد الليل والصبح نير
ووجه يعيد الصبح والليل مظلم

Coma (ejus) redire facit noctem etiamſi ſplendeat aurora,
Et facies (ejus) auroram refert, etiamſi ſit caliginoſa nox.

Porro Reisk. ad Tar. Moall. p. 53. & Jones. Com. Poeſ. As. p. 110.

(36) *Inſtar furibundi &c.* في كل واد يهيم : alludit auctor ad Cor. 26. 225. ألم تر أنهم (الشعراء) في كل واد يهيمون sic Harith Ibn Hamman inquit, ſe inſtituiſſe peragrare Arabiam Felicem مثل الهائم Har. Conſ. I. p. 4.

X

منا الذي اوجب أن يحتجب عن قمره فاتي الغلام كالعاتب فالفاه وهو في تقبيل درسه علي كل كاتب فقام اليه وعزم عليه أن يجلس ولو ساعة يقضي بها فاين نظره ويقنع بها في الدنيا من وطره فقال له اشتغل بالدرس عندي ذلك ولا تخدعني بمحالك فانشد

وما تغيرت عن ذاك الوداد ولا
طالت بي الحال عن عهدي وميثاقي
درسي غرامي بحكم دهري اكرره
ولو تفقهت في وجدي واشواقي

وحكي انه كان يهوي بعض ابناء الامرا ولا يريد لايمة فيه غير الاغرا ولا يزال يتتبع مظانه

(37) *Lunae.* Faciem formofam appellare Arabes folent *lunam* قمر ut Harir. Conf. II. p. 102. فرحزحت شفقا غشي سنا قمر *Et removit crepufculum, quod tegebat fplendorem lunae* i. e. ricam a pulcra facie dimovit *puella*, Motan. ap. Jones. Comm. cir. p. 23. بدر vel بدر تم *lunam plenam* Reisk. Proben p. 39, 44. بدر etiam adhibetur pro *formofa puella* ap. Jones. Com. p. 220. & pro *nobili ac maturae aetatis juvene* ab Ibn Onein

quaenam hujus suae lunae (37) eclipseos ratio esset. Tandem venit juvenis acsi esset iratus, atque Ibn Chalicanum invenit adstrictum suis studiis circa omnis generis scriptores. Surrexit autem Ibn Chalican ut illum exciperet, oravitque ut consideret saltem unam horam, qua restitueret elapsam illum videndi occasionem, atque abstineret tempore praesenti ab omni alia occupatione quantumvis necessaria. Sed respondit ei juvenis: „Immo potius studiis te tuis occupare pergas, nec me fraudibus tuis fallas!" Tum hoc versu respondit Ibn Chalicanus.

Non mutatus est meus amor, nec causa absentiae meae
Diuturnae sita est in oblivione foederis vel promissionum.
Studii mei objectum est meus amor erga te atque illud studium repetam quoad vivam,
Etiamsi me aliis jam tradiderim studiis in quibus meus amor ingens & animi ardor positus est.

Narratur quoque amasse filium cujusdam Emiri, & quo magis ea de re reprehendebatur, eo magis incitabatur ejus amor: semper locum petebat, ubicumque illum fore suspicabatur: cum

Onein ap. eund. p. 316. item pro *viro excellenti in summo honoris gradu posito* Harir. Cons. III. p. 154. Denique Arabes formosam faciem appellant هلال *lunam novam*, uti Arabs incertus ap. Jones., p. 149.

مستلاذة، اذا ركب قمرة الطالع، وجبينه الساطع، وكان ذا خال كانما طبع الحسن عليه

(38) *Instar prorumpentis diliculi &c.* Verbum طلع *ortus fuit* non tantum *de sole* adhibetur, ut ait Golius, sed & *de sideribus* ut addit Gjeuh. طلعت الشمس والكوكب, & de *plena luna* infr. بدر طالع aliisque rebus (conf. Willm. Lex. in v.). Sic *de igne* apud Eutychium in Annal. T. I. p. 65: hinc طالع ut partic. *oriens*, speciatim & absolute dicitur *primum diluculum*, uti Gjeuh. explicat per الفجر, ita & verbum سطع, quod dat Gol. *elatus fuit* pulvis, *diffususque* odor & aurora, & Gjeuh. سطع الغبار والرايحة والصبح يسطع سطوعا اذا ارتفع, unde & alterum participium سطيع, quod nunc activo, nunc passivo usu occurrit, ab eo absolute explicatur الصبح *aurora*, atque hoc quidem sensu etiam partic. الساطع hoc loco mihi sumendum videtur. Addam tantum hac occasione aliam notionem nominis سطاع a Golio omissam, quam dat Gjeuh. & ex versu Kotamii confirmat, scilicet السطاع أيضا عمود البيت uti & dat Gigg. ex Cam. W." *Facies pulcra* hoc loco comparatur cum *aurora*. Sic in illo vs. Harir. Conf. II. p. 108.

فلاح ليل على صبح أقلهما
غصن وضرست البلور بالدرر

Micuitque Nox super aurora, quam utramque in capite portabat Tener Ramus, masticabatque beryllos margaritis.

id

cum publice prodiret in equitantium turma, facies ejus pulcra erat instar prorumpentis diluculi, & lata ejus frons veluti se diffundens aurora (38); & naevulus quidam in ejus gena (39) se ostendebat, acsi pul-

id est: pulcerrimam faciem rica coöpertam habebat formosa puella, digitosque cylindraceos masticabat dentibus margaritas referentibus. Jones. Com. cit. p. 110. Sic quoque Reisk. in Proben &c. p. 45 cum *Sole* comparatur quoque hujusmodi facies Carm. 42. ib. p. 37. ubi ad adspectum puellae noctu exclamant Poetae reprehensores: ضري شمسا فما طلع الفجر adspicimus solem! & tamen nondum orta est aurora! conf. & Tar. Moal. vs. 10; & cum *Sole* & *Luna* simul, ap. Jones. Com. p. 104 fin., 259, 378 init.

(39) *Naevulus in ejus gena.* Ita quoque depingitur Chalipha Mamunus: بخده خال اسود ap. Abulf. Ann. Mosl. T. II. p. 164. Mohammedes Propheta ejusmodi naevulo ornatus dicitur in labio inferiori, uti in notis ad Abulf. vit. Moham. refert Gagnier his verbis: خال على شفته السفلى *In labio ejus inferiore erat naevus*, sive *cirrus rotundus ac niger*, pulcritudini gratiam addens. „ خال a verbo خال med. ي est *naevus in corpore*, isque fere *rotundior* ac *nigrior*, qualis pulcritudini gratiam addit, ut habet Gol. sic & Tebrizius ad Abulolae Sekt esfend Carm. I. 34. explicat الشامة السوداء & speciatim est *naevus* ejusmodi *in gena*; ita pro vitioso بخده حال legendum est بخده خال ap. Elmac. Hist. Sarac. p. 139. Ejus etiam collect. خيلان notat *naevos* ejusmodi, & dimin. خييل est *naevulus talis*, inde & اخيل dicitur, *qui multos habet naevos*, & pecul. *avis albo nigroque variegata*, unde prov. أشأم من الاخيل in Meidanii Thes. Prov. MS. No. 2347. W.

غلبه بطابع، وينتقص السرور به، وهو في
الموكب، حتى اشتهر امره في تحببه
وظهر عليه حتى كاد يفضي الى قضي نحبه،
فمن شعره فيه

يا سادتي اني قنعت، وحقكم
في حبكم مني، بايسر مطلب
ان لم تجودوا بالوصال تعطفا،
ورايتموا هجري وفرط تجنبي،
لا تمنعوا جفني القريحة، ان اري
يوم الخميس جمالكم في الموكب
لو كنت تعلم يا حبيبي ما الذي
القاه من كمد اذا لم تركب،
لرحمة لي ورثيت لي من حالة
لولاك لم يك حملها من مذهبي
اقسما بوجدي في الهوي وتحرقي
وتحيري وتلهفي (leg. وتلهبي) وتلهبي

لبو. غ

(40) Sequentium ... utinam auctor hujus vitae alia protu-lisset poëseos Ibn Chalicani specimina, quam quae de flagitioso amore testentur.

(41) Per

pulcritudo sigillum suum in eum impresserat. Aliquando cum juvenis ille in comitatu (Sultani) esset, Ibn Chalicanus prope eum praeterire studebat, ut ipsi suum amorem commonstraret, atque in ejus conspectum veniret, quod prope absuit, ut ipsi mortis causa existeret. Sequentia sunt ex quodam versu ad illum (40).

ô Tu, quo mihi imperas! per jus illud quod fundatur in meo
erga te
Amore! contentus ego sum facillima quadam petitione.
Si mihi non concedere velis ut tecum conjungar amore,
Et, si consilium ceperis me effugiendi atque inique evitandi,
Ne saltem oculo meo saucio recuses, ut contempletur
Tuam pulcritudinem die Jovis in equitantium turma!
Si scires, O mi dilecte! qualem patiatur (meus oculus)
Dolorem, si Te non videat equitantem.
Profecto misericordia erga me ducereris, & tenero erga me affectu fores, ob conditionem,
Cujus sine te sequelas fuissem expertus numquam!
Juro per furorem mei amoris, per ardorem me consumentem,
Per deliria mea, per gemitum (41), per flammas!

Si

(41) *Per gemitum meum* e lectione تلهفي pro تلهقي quod significaret *per candorem, splendorem meum* à لهق *albus candidus fuit*, quodque nullum hoc loco funderet sensum.

لو قلت لي جد لي بروحك لم اقف
فيما امرت وان شككت فجرب ۞

مولاي هل من عطفة تصغي الى
قصصي وطول شكايتي وتعتبي ۞

من بعد ذاك القرب والاقبال قد
اصبحت عندك كالغريب الاجنبي ۞

قد كنت تلقاني بوجه باسم
واليوم تلقاني بوجه مقطب ۞

ما كان لي ذنب اليك سوى الهوى
فعلى ما تهجرني اذا لم اذنب ۞

وحياة وجهك وهو بدر طالع
وسواد طرتك التي كالغيهب ۞

وفتور مقلتك التي قد خجلت
بكمال

(42) *Poſt illum &c.* Significare videtur Poeta caſum illum, quem ſupra narravit: itaque ex hoc verſu patet, illa occaſione hoc carmen eſſe compoſitum.

(43) *Extraneus* الاجنبي „ Eadem forma occurrit apud Harir. in praef. MS. ſcil. والاجنبية لم اودعه من الاشعار; exſtat & in verſ. Arab. Erpen. Gen. 17. 12. W".

(44) *Per*

Si mihi diceres: „ cupio mihi vitam tuam!" non haesitarem.
Si vero dubites, num quidem id praestarem si juberes; fac periculum!
O tu, cujus absolutum est in me imperium! nonne misericordia commotus, auscultabis ad
Meum sermonem, ad meam longam querelam & expostulationem?
Post illum aditum, illamque appropinquationem (42)
Factus sum apud te tamquam peregrinus, extraneus (43),
Olim mihi obviam ibas facie subridente,
Nunc vero mihi occurris vultu severo.
Quaenam mea est in te culpa praeter amorem?
Si vero sceleris purus sim, quare me effugis?
Per vitam faciei tuae, quae orienti lunae plenae;
Per nigredinem comae tuae, quae similis est tenebris (44).
Per languorem oculi tui, qui perfecta sua

Pul-

(44) *Per vitam faciei tuae, quae &c.* De ipsis comparationibus vid. not. 35, 37, 38. Sed cum hisce juramentis per pulcritudinem ejus, quem amat Poeta, conferri omnino meretur simile carmen Arab., longius quam quod hoc loco transscribamus, ap. Jones. Com. cit. p. 103, 104.

بكمال بهجتها عيون الربرب ۞
وبقامة لك كالقضيب ركبت من
اخطارها في الحب اصعب مركب ۞
لو لم اكن في مرتبة ارعي بها
العهد القديم صيانة للمنصب ۞
لهتكت

(45) *Dorcadum :* الربرب non notat *armentum boum efferatorum*, nt perperam dat Gigg. ex male intellecto القطيع من بقر الوحش in Camuso; nec significat tantum *agmen boum silvestrium*, ut Golius explicat hoc vocabulum. Verum significat etiam, secundum Ibn Nahas ad Taraphae Moall. vs. 7. الربرب القطيع من البقر والظبا وغير ذلك *Dorcades* vero, quas hic Auctor memorat post boves, Zouzenius in Comment. MS. primo loco collocat الربرب القطيع من الظبا وبقر الوحش; id etiam aperte notat haec vox in Epistola Ibn Tophail p. 45. ubi ربرب cum الظبا permutatur. Cum Dorcadum autem oculis frequenter a poetis Ar. comparantur oculi *puellarum*, hic vero *juvenis*. W". Saepissime quoque *dorcadis* nomine intelligitur *formosa puella* Tar. Moal. vs. 6. & ibi Reiske in notis p. 41, 51. Lette ad Caab Ben Zoh. p. 98. sq. Scheid. ad Ibn Dor. p. 1, 72. &c. Pro *Dorcade* autem designanda variis nominibus utuntur e. g. احوي Tar. vs. 6. اغن Caab vs. 2. ubi Schol. ريم Amr'alk. vs. 3. & ibi Lette p. 170. ظبي Lette p. 98. fin. & Ibn Nah. ad Tar. vs. 6. vel ظبية Ibn Dor. vs. 1. ubi Scheid. & ll. citt. p. 72. in add. Lette ex Abuanw. ad Caab p. 101.

Pulcritudine pudore afficit oculos Dorcadum (45).
Per ſtaturam tuam, ſimilem virgae (a vento agitatae) (46),
Propter cujus motiones vehor amore indomito.
Niſi verſarer in gradu dignitatis, in qua obſervare debeo
Praecepta a majoribus tradita, quorum curam mihi imponit meum munus.

Certe

p. 101. غزال ad Caab p. 101. رايت .. غزالا كبدر التم في الليل البهيم Vidi *dorcadem* (puellam) *ſimilem lunae plenae in nocte nigra.*

(46) *Similem virgae.* Virga, tener ramus apud Arabes adhibetur pro *erecta puellae ſtatura* vid. Reiske Proben &c. p. 22, 38. & pro *puella ipſa* ut in l. Harir. cit. not. 38. Reiske l. c. p. 45. & alibi ſaepiſſime. Obſervanda autem hoc loco eſt expreſſio vere Arabica in verbis *propter cujus motiones &c.* ſcil. خطر propr. adhibetur *de camelo qui caudam ſuam in dextram & ſiniſtram jactat, atque ita femora ſua percutit.* vid. Gol. & Schult. ad Ham. p. 350, 351. Clav. Dial. p. 236. ركب autem, quod vulgo cum acc. hoc loco cum في conſtruitur, propr. ſignificat *inequitare.* Itaque ad verbum vertendum eſt: *propter cujus* (ſtaturae) *in dextram & ſiniſtram jactationes inequito amorem difficillimum ad inequitandum.* Arabes enim amant videre puellam inter gradiendum huc illuc motitantem, inſtar anſerum aut annatum. vid. Reisk. Proben &c. p. 22. Nec offendat aliquem *inequitare amorem*, nam Arabes inequitant *maria* Erpen. Sent. 17. *Spem* Sent. 7. *terrorem* Ham. p. 428. *cupiditatem*, *mortem* Schult. ib. in not. Quid? *ſua* ipſi *capita* Taur. ap. Schult. ad Ham. p. 330. &c.

لهتكت ستري في هواك ولذ لي
خلع العذار وان الح موذبي ۞
لكن خشيت بان تقول عواذلي
قد جن هذا الشيخ في ذاك الصبي ۞
فارحم فديتك حرقة قد فارقت
كشف القناع بحق ذياك النبي ۞

وحكي ابن اليونيني ان الملك الظاهر لما دخل دمشق في شوال سنة تسع وستين وستماية عزل ابن خلكان من قضا دمشق بقاضي المغاخر ابن الصايغ ووجدت دمشق لفقده ولولاية المتولي بعده وتنقصوا به لوضاعته عندهم وكانت له معهم حالات ثم اعيد ابن خلكان في ذي الحجة سنة ست وسبعون وستماية ووصل في اوايل السنة المقبلة ودخل دمشق دخول السحب الممطرة علي الارض الممحلة وكان له مذ غاب عن دمشق معزولا سبع سنين فاكثر الشعرا في ذكر عوده وفرح الناس بولايته وخرج

(47) *Malek Daher* eſt Al-Bundokdar minor, etiam notus nomine

Certe dilacerarem meum velum propter amorem erga te, & dulce mihi esset,

Nuda quasi facie prodire, etiamsi acerrime increparer.

At vero timeo, ne dicant mei reprehensores:

Profecto insanus factus est ille senex per puerum illum!

Itaque (utinam me possim ipse devovere pro te!)

Miserere, per Prophetam! ardoris, qui fere detrahit velamentum (pudoris!)

Narrat quoque Ibn Aljounini, Malekum Daherum (47), cum intrasset Damascum mense Schawal A. H. 669, privasse Ibn Chalicanum munere Cadhi Damasceni, atque in ejus locum substituisse Abu'l Mafachir Ibn Sajegh. Tum tristes fuerunt Damasceni, quod illo carerent & alter in ejus locum esset substitutus; nam magnum inde detrimentum passi erant, quia familiariter cum illis egerat, & varias cum illis res tractaverat. Deinde tamen restitutus est Ibn Chalicanus mense Dsu'l Hagja A. H. 676, atque ingressus est Damascum initio anni sequentis. Fuit vero introitus ejus veluti nubes pluviosa decidens in terram siccam. Tempus, quod munere motus, a Damasco tum abfuerat, erat septem annorum. Multi autem erant poetae qui celebrarent ejus reditum, nam gaudebant homines de ejus principatu.

Tum

mine Abulfath Bibars, tertius Sultanus Dynastiae primae Mamlucorum. conf. §. II. p. 16, 17. ibique not. *b*.

وخرج ايدكين الظاهري لملاقاته وهو نايب الشام بجميع الامرا في موكب عظيم، وخرج اهل البلد لاستقباله، ولم يتخلف عنه احد، وفي ذلك يقول الرشيد الفارقي:

انت في الشام مثل يوسف في مصر
وعندي ان الكرام جناس ۞
ولكل سبع شداد وبعد السبع
عام فيه يغاث الناس ۞

وحكي من اداته انه ركب الي ابراهيم الحايك المعروف بعين بصل يسمع من نظمه، وكان عاميا اميا، فلما اتاه واستنشده من شعره وكان حسن البديهة مطبوع النظم، قال:

وما كل وقت فيه يسمح خاطري
بنظم قريض فايق اللفظ والمعنى ۞

وهل

(48) *Metricis modis carmina.* „قريض" est carmen, cujus notionis derivationem dat Teblebius ad Harir. 2: 92. ubi & hoc sensu occurrit, ut & قريض لبلي apud Abulolam, citatum etiam a Reiskio ad Tar. p. 75. Notat etiam *id, quod camelus ruminando e stomacho reddit.* Ex priori illa notione cl. Sacy Chrest. Arab. T. III. p. 514. sq.

post

Tum obviam ipsi exiit Aidin Al-Daheri, Vicarius Syriae, cum omnibus Emiris ingenti comitatu, atque omnes etiam incolae regionis idem fecerunt, nullo manente retro. Quod ita cecinit Raschid Fareki:

Tu in Syria similis es Josepho in Aegypto,
Nam secundum me quidem, omnes homines generosi, ut indole, ita sorte fere similes sunt;
Utrique septem fuerunt anni steriles, sed post
Septimum, pluvia rigabantur homines.

Idem narrat, quod spectat ejus literarum amorem, illum aliquando adiisse Ibrahimum textorem, notum cognomine Ain Basal (oculus cepae) ut illum audiret recitantem quosdam e suis versibus. Erat ille homo ex plebe, sine eruditione. Cum igitur ad illum venisset Ibn Chalicanus, & rogasset ut sibi aliquot versus recitaret, (bonos enim versus pangebat ex tempore, tamquam Poeta natus,) dixit:

Non semper ego producere possum metricis modis
Carmina (48), egregia & quo ad verba, & quo ad sensum.

Non-

post Phiruzabadium explicuit proverbium حال الجريض دون القريض in Vita Tim. II. 192 : 14; ex posteriori autem significatione Mangerus in nota; forte quidem, tum ob praecedentem comparationem *sollicitae medici erga aegrotum curae*, tum propter oppositionem hujus قريض ad *praefocationem spiritus in gutture* in جريض, cu-

T وهل يقتضي الشرع الشريف تيمما

بترب واشف البحر يا سيدي معنا

وحكي

cujus originem explicat Ibn Chaluwia MS. ad Ibn Dor. vs. 10. simulque nostrum proverbium inde explicat الجرض هنى الغصص عند الموت ومنه المثل السائر حال الجريض دون القريض atque aliter iterum, laudato hoc proverbio, alter Schol. Lachamaeus, etiam ab Haitsma editus, ad ejus edit. vs. 12. Difficilis autem est optio; nam, uti dissensus est inter ipsos Arabes de auctore hujus proverbii, qui in Camuso dicitur Gjouschan Kelabita, a Gjeuhario vero Obeid Ibn Al-Abradh (his enim vocalibus recte instruitur nomen عبيد in Cod. nostro, non vero Abyd, ut Scheidius l. mox cit.) ita etiam de eo, ad quod alludatur. Sic enim Gjeuhr. القرض ايضا قول الشعر خاصة يقال قرضت الشعر اقرضه اذا قلته والشعر قريض ومنه قول عبيد بن الابرص حال الجريض دون القريض ايضا ما يرده البعير من جرته وكذلك المقروض وبعضهم يحمل قول عبيد على هذا Ita etiam in جرض explicat والجريض الغصة وفي المثل حال الجريض دون القريض Obeido Ibn Al-Abradh tribuitur etiam hoc proverbium ab Ibn Chal. in vita Ibn Doreidi in fine, quam Latine versam ejus poëmatio praefixit Scheidius, laudatam etiam a cl. Sacy l. c. p. 564. W.

(49) *Lotionem Sacram &c.* تيمم nom. Act. ex V. Sp. verbi يم quo indicatur *lotio sacra manuum & faciei cum pulvere terrae puriore, loco aquae, precationis ergo*, Mohammedanis in Corani Sur. 5: 9 con-

Nonne? statuit lex nostra sancta lotionem, sacram pulvere insti-
tuendam, ubi deficit aqua (49).

Tu vero nobiscum es, o Princeps! instar maris (50).

Narrat

concessa, si aqua deest: de quo ritu vid. Reland. de rel. Moh. p. 64. sq. 66. not. & Gagnier ad Abulf. vit. Moh. p. 83. not. b, 84. „Hic ritus peculiari capite illustratus est in libro MS. شرح مقنع الفقه Codicis mei T. I. p. 4. sqq. Hinc adagium est in Risalet Ibn Zeiduni فانما يتيمم من لم يجد ماء *Qui aquam non habet, qua se lavet, is arena se purgat.* Ad hunc ritum alludens hic loci poeta, cum ex tempore versus diceret, non adeo sollicitus fuit, quam quidem solent Arabes, de vocabulo huic ritui proprio, adhibendo, quo *pulverem*, ad hanc rem concessum, exprimunt, & quod in Corano semper occurrit sc. صعيد, quod est *pulvis in superficie terrae*, cum ترب generatim sit *terra, pulvis.* W."

(50) Ingeniosissima comparatio! nimirum Poëta extemporalis miratur, Ibn Chalicanum, virum doctissimum, a se, homine illiterato, versus petere, idque idem esse dicit, acsi quis ab aliquo peteret, ut arena se ablueret, cum lacus esset in propinquo. Ceterum, cum mare quoque comparatur *doctrina.* Sic ap. Jones. Com. cit. p. 68. in laudem Abu Hanifae dicitur:

خير يطوف بمصر بحر علومه
حتى كان الناس في الطوفان ۞

Feliciter Aegyptum circumdat mare doctrinarum ejus,
Adeo, ut populus quasi diluvio inundetur.

Item *liberalitas* secundum illud Ferdusii, Poetae Persae, in Mahmud, filium Sebectighin, Persarum Regem: „Felix, cui Mahmud Zabeli est *mare libertatis*, usque adeo, ut nullum in eo littus appareat!" ex vers. Jones. ib. p. 328.

وحكي الشيخ نجم الدين بن اسرايبل قال، قلت للقاضي شمس الدين بن خلكان يا مولانا انت قاضي القضاة بدمشق كذا وكذا سنة، وهذا السرج الذي نركب فيه مكسور لا تصلحه ولا تلتفت اليه، فقال لي، يا شيخ نجم الدين فكر الانسان في مصلحة غيره اولي من فكره في مصلحة نفسه ۞

ومن نظمه ما كتب لبعض اصحابه جوابا عن كتاب ورد اليه منه،

تمثلتم لي والبلاد بعيدة
فخيل لي ان الفواد لكم مغني ۞
وناجاكم قلبي علي البعد والنوي،
فاوحشتم لفظا وانستم معني ۞

وله

يا سلمي، وحرمة ما جري
بيني وبينك من اكيد ودادي ۞

(51) *Pectus enim &c.* Citat Herbel. (& ex eo Jones. Com. cit. p. 258.) v. *Zaiat*, versum *Zaiati*, cujus vitam exhibet Ibn Chal. Tab. No. 707, qui cum hoc Ibn Chal. versu convenit.

يقول لي الخلان لو زرت قبرها
فقلت فهل غير الفواد لها قبر ۞

Ro-

Narrat quoque Scheich Nagjm-Eddin (ſidus religionis) Ibn Israel, inquiens: „ Dixi aliquando judici Schems-Eddin Ibn Chalicano: O Princeps noſter! Tu ſupremus judex Damaſci jam tot annos fuiſti, & ephippium illud, cui equitans ſoles inſidere, disruptum non curas ut reparetur, imo ne quidem ad illud attendis. Tum reſpondit: „ O Scheich Nagjm-Eddin! Decet homines prius cogitare reparationem eorum, quae pertineant ad alios, quam cogitent de reparatione eorum, quae pertineant ad ſemet ipſos". En quosdam ejus verſus, quos reſcribebat cuidam amico in reſponſum epiſtolae!

Praeſens mihi ades non obſtante diſtantia loci;

Pectus enim meum mihi videtur eſſe gratum tibi domicilium (51);

Et clam tecum colloquitur cor meum per diſtantiam & longum intervallum.

Nam peregrinus quidem mihi es quod ad vocem, ſed confabulationem tecum ineo, quod ad cogitationem.

Sunt & hi ejus verſus.

O Solma per ſanctitatem mutui, quo conjungimur, amoris!

Non

Rogabant me Sodales, num viſitarem ſepulcrum ejus (virginis ſcil. cujus mortem lugebat poeta).

Sed reſpondi: „ *Num igitur illa aliud quoque, praeter hoc pectus, ſepulcrum habet?*"

Vid. & Ravius in annot. ad Orat. de Poeſ. Hebr. prae Arabum poeſi praeſtantia &c. p. 55. Hunc autem verſum in vita Zaiati *ap. Ibn. Chal.* non inveni.

لا حلت عن عهد الهوى ولو انني
حاولت ذاك لما اطاع فوادي ۞
وله في وزن الرباعي دوبيت
بالابن منزل عفاه القدم
تسقيه دموعي ان جفاه الديم
لم ادري زماننا الذي كان به
من لذته ايقظة ام حلم ۞
وله فيه ايضا
يا من لهم الجميل والانعام
جنتم فتزايدت به الالام
عندي وجباذكم من الشوق لكم
ما يعجز ان تشرحه الاقلام ۞
وله قصايد طناذة ومقاطيع لبطفة
(leg. لطيفة)

(52) *Carmina* .... قصايد طناذة. De indole carminis quod قصيدة vocatur, vid. Poc. Spec. hist. Ar. p. 161. & Idem in notis ad Carm. Togr. p. 1. Jones, (qui vertit *idyllium*) Com. p. 66. sqq. & de *metro* Carminis Tograi, quod inscribitur قصيدة vid. id. ib. p. 32 fin. — 35. Vocabulum طناذة non vertimus. Sed referam, quae de eo annotarunt Sacyus & Willmetius. Illius quidem observatio, quam Ravius me-

Non disrumpam foedus amoris, &, si jam vellem, certe non
obediret meum pectus!

Item haec ad mensuram Robai, cujus quatuor hemistichia duos efficiunt versus.

Per Abran, per domicilium illud, quod delevit tempus,
Quodque irrigarent meae lacrymae si illud non curaret pluvia.
Nescio num tempus, quod ibi transegimus,
Propter delectationem, vigilia fuerit, vel somnium.

Insuper haec eodem metro.

O vos, qui liberales fuistis beneficiis & donis!
Discessistis, & inde novum incrementum ceperunt mei dolores.
Per vitam vestram! desiderium meum ad vos non possunt conscribere calami.

Praeterea composuit carmina . . . (52) & versus breviores,

ve-

mecum communicavit, haec est. „ Je soupçonne une faute, d'autant plus que ce mot semble repondre mal pour la consonance à لطيفة: cependant il pourroit signifier *considérables*, la meme racine présentant des mots, qui signifient *ventru*, *qui a un gros ventre*, & qui se disent d'un homme, & d'une sorte de vase. J'ai trouvé ce mot dans le Menkal Safi d'Abou'l-Mahasen, mais j'en ignore le sens". Ad haec cl. Willmetius: „ Vocabulum طنانة uti cl. Sacy, ita & mihi suspectum est, tum, quia sono non respondet sequenti لطيفة, tum, ob significationem, quam tamen cl. Sacy ex طنّي *crassus* & *cor-*

pu-

(leg. لطيفة) وفيتنا اوردناه متقنع ۞
والحمد لله وحده ۞
تم ۞
كذا وجدته على اول نسخة من هذا
التاريخ ۞

pulentus, de viro & quodam vase adhibito, suspicatur posse esse *considérables* &c. Citatur in Vita Tim. II. 246: 3. Aswadi Ibn Jafaris قصيرة الطنانة, sed cum nihil de hoc carmine noverim, dubium mihi est, utrum طنانة sit epitheton vocis قصيرة, an titulus poëmatis, ut dedit Mangerus. In hac quidem dubitatione huc usque mendosa mihi videtur ea lectio, pro qua, si conjectura uti liceat, substituerem ظريفة *ingeniosa*, *elegantia*, & quidem tam, quia rythmus cum sequente لطيفة similem terminationem exigit, quam, quia لطيف & ظريف de poetis eorumque carminibus saepius juncta adhibentur; sic, praeter alia loca mox indicanda, Ibn Chalican in vita Tamim Ibn Al-Moäz (Tab. No. 124) كان تميم المذكور فاضلا شاعرا لطيفا ظريفا. Illud ظريفا explicat quidem Gigg. tantum *dexter*, *industrius*, sed melius Golius in notis MSS. ad Gigg. Lex. addit ex ore praeceptoris Afr. *politis moribus & verbis praeditus: elegans*, *humanisque moribus sive verbis.* Obstat quidem tam, hoc nomen sic videri hominibus tantum, non rebus tribui, quam, hoc verbum, secundum Gigg. non dici, nisi de adolescentibus & servis, uti & Phiruzabadius in Cam. observat ولا يوصف به الا الفتيان الازوال ومن الفتيان الزولات لا الشيوخ ولا السادة & sic revera in vers. Arab. Polyglott. Gen. 41: 43. Graecorum κήρυξ vertitur, neglecto textu Hebraeo, الظريف

venuſtos. Sed quod adduximus, ſufficiat.

SOLI DEO GLORIA!

FINIS.

Ita hoc inveni ad primum exemplar hujus Chronici.

الظريف. Attamen, cum hoc verbum non ita reſtringat Gjeuhari, ipſe locus Ibn Chal. modo cit. etiam ampliorem ejus uſum indicat. Ad utrumque autem dubium tollendum ſufficiat unus Arabſchah, qui in rythmo illo maxime cum noſtro convenire ſolet, ſic enim, generatim العلماء الظرفاء والشعراء *eruditi, elegantioris ingenii homines & poetae* memorantur in Vita Tim. 86: 9. uti العلماء والفضلاء والادباء والظرفاء ibid. 380: 7. & vocabulum noſtrum etiam ut epitheton poetae شاعرا ظريفا ib. 546: 18. nec de hominibus tantum, ſed & de rebus; ſic الغرايب والظرف *rariora & elegantiora* ib. p. 356: 5; *de loco*, cujus laudatur منظر ظريف *adſpectus elegans* ſive *ſuavis* p. 536: 4. ubi itidem, ut noſtro loco cum لطيف jungitur, & praeſertim ubi *de libro*, ornato بظريف كنايته — ولطيف استعاراته p. 554: 8. & magis adhuc in vicina forma لطافة الادباء وظرافة الشعراء ibid. T. II. 980: 2. W". Si & mihi conjecturam inſtituere liceat, dubitarem, num non recte Mangerus in Vita Tim. I. c. vocabula في قصيدة طنانة verterit *in poemate Al-Tanana*, non quidem ita, ut titulus alicujus carminis intelligatur, ſed aliquod verſuum genus, ſive rythmus, nobis adhuc incognitus, uti ſupra pag. 100. في وزن الرباعي. In vita Mohammedis Ibn Hanani (Tab. No. 680) ap. Ibn Chal. in Cod. P. T. II. p. 246. idem vocabulum inveni, pro quo tamen in Cod. L. T. II. p. 315. legitur ظنانة. Sic autem Ibn Chal. poſtquam e carmine hujus poëtae multos verſus citaſſet وهذه القصيدة من قصايده الطنانة ولو لا طولها لاوردتها كلها ۞

بسم الله الرحمن الرحيم (*a*)

يقول العبد الفقير الي (W. addit. رحمة) الله تعالي احمد بن محمد بن ابراهيم بن ابي بكر بن خلكان

بعد حمد الله (P. addit. تعالي) الذي تفرد بالبقا وحكم علي عباده بالموت والفنا (*b*) وكتب لكل نفس اجلا لا يتجاوزه (*c*) عند الانقضا (*d*) وسوي فيه بين الشريف والمشروف (*e*) والاقويا والضعفا احمده

(*a*) Cod. L. addit صلي الله علي سيدنا ومولانا محمد واله سلم W. addit. وبه نستعين. Porro, ſcriptor codicis L., hoc encomium praefixit verbis Ibn. Chalicani قال الشيخ الامام قاضي القضاة حجة الاسلام شيخ المذاهب قدوة الفرق هو ين الشريعة ناصر السنة مجموع الفضايل اوحد الدهر ابو العباس احمد بن محمد بن ابراهيم ابن ابي بكر بن خلكان رحمه الله ورضي عنه. Tum ſic incipit الحمد لله الذي تفرد بالبقاء.

(*b*) P. والعنا. (*c*) L. & P. يجاوزه. (*d*) W. القضا.

(*e*) L.

PRAEFATIO OPERIS IBN CHALICANI.

In nomine Dei Miseratoris Misericordis.

Dixit servus pauper Ahmed Ibn Mohammed, Ibn Ibrahim, Ibn Abi Beker, Ibn Chalican (implorans misericordiam) Dei supremi.

Post laudem tributam Deo (excelso), qui solus est aeternus;

Qui omnes homines condemnavit ad mortem atque interitum;

Qui unicuique eorum terminum praescripsit, quem transgredi nemo potest, cum finis vitae adest;

Qui, quod ad moriendi sortem, aequales fecit nobiles atque ignobiles, fortes atque inbecilles;

Gra-

(e) L. والمشرف W. والمشترف *gloria condecoratus*. „ Praeferrem tamen والمشروف, tum, quia in Cod. Scheid. deperdito etiam ita fuit lectum, tum praesertim ob eandem oppositionem vocabulorum شريف & مشروف pro *nobili* & *ignobili*, id est *quibuscunque* apud Abulphar. Hist. Dyn. p. 438. in simili fere loco: "لم يخص بذلك شريفا دون مشروف ولا كبيرا دون صغير." W.

احمده على سوابغ النعم وصوافي الالا (a)

حمد معترف بالقصور عن ادراك اقل مراتب الثنا

واشهد ان لا اله الا الله وحده لا شريك له

شهادة مخلص في جميع (b) الانا

راج رحمة ربه في الاصباح والامسا

واشهد ان محمدا عبده (c) ورسوله افضل الانبيا

واكرم الاصفيا والداعي الي سلوك المحجة البيضا

صلى الله عليه وعلى اله السادة (d) النجبا

صلاة دايمة بدوام الارض والسما

ورضي الله (e) عن اصحابه وازواجه (f) البررة الاتقيا

وبعد

(a) L. الايلاء „ male; الآء enim, ut forma collect. *beneficia* eſt a ſing. إلًى ut habet Gol. ex Gjeuhari. Addi tamen meretur Schol. ad Nawabig. (ad vs. 99. p. 61.) الآلا النعم واحدها ألًي بالفتح وقد يكسر ويكتب باليا مثاله معي وامعا ”W.

(b) Deëſt in W. (c) W. سيدنا. (d) L. السادات. Deëſt in W.

(e) Deëſt in P. (f) L. inverſo ordine وازواجه واصحابه.

(1) *Mane & veſpere* junguntur ſaepe pro *omni tempore*. „ In hoc autem encomio *ſperantium miſericordiam Dei* alludit auctor ad mandatum Mohammedis سبحان الله حين تمسون وحين تصبحون Cor. XXX: 16. W.”

Gratias Ei ago pro abundantia donorum & beneficiis ſelectis,
Tamquam agnoſcens impotentiam attingendi vel infimum gradum laudis Ipſi debitae.
Confiteor nullum eſſe Deum praeter Deum, cui nullus eſt ſocius,
Confeſſione, quam exhibebo omni tempore ſinceram,
Sperans miſericordiam Dei mane & veſpere (1).
Confiteor quoque Mohammedem ejus miniſtrum & legatum Prophetarum eſſe praeſtantiſſimum,
Nobiliſſimumque inter eos, quos elegit Deus;
Eumque invitare homines ad cognitionem religionis verae (2).
Propitius ſit Deus Ei ejusque poſteris illuſtribus,
Favore, duraturo quamdiu durabunt coelum & terra.
Benevolentiam quoque oſtendat Deus ſociis Prophetae ejusque uxoribus ſincere piis.

Ie-

(2) Confeſſionem fidei, ſcil. لا اله الا الله ومحمد رسول الله, hic amplificat auctor. Prius enim: „*Nullus eſt Deus praeter Deum*", ornatius teſtatur. Alterum vero „*Mohahammedes eſt legatus a Deo miſſus* teſtatur additis pluribus, quos Mohammedi tribuit, titulis, in quibus cumulandis luxuriari Arabes ſolent. Titulos illos congeſtos dedit O. G. Tychſen Elementale Arab. p. 24—26. Interpretationem vero confeſſionis fidei Orthodoxorum ex Al-Gazalio (Tab. No. 599.) dedit Pocock. ſpec. hiſt. Ar. p. 274—283.

وبعد (a) فهذا مختصر (b) في التاريخ دعاني الي جمعه (c) انّي كنت مولعا بالاطلاع علي اخبار المتقدمين من اولي النباهة وتاريخ (d) وفياتهم (e) ومواليدهم (f) ومن جمع منهم كل عصر (g) فوقع لي منهم (h) شي حملني علي الاستزادة (i) وكثرة التتبع فعمدت الي مطالعة الكتب الموسومة (k) بهذا الفن واخذت من افواه الايمة (l) المتقنين (m) له ما لم اجده في كتاب ولم ازل علي ذلك حتي حصل عندي منه مسوّدات كثيرة في سنين عديدة (n) وعلق علي خاطري بعضه فصرت اذا (o) احتجت الي معاودة شي منه لا اصل اليه الا بعد التعب في استخراجه لكونه غير مرتب فاضطررت (p) الي ترتيبه فرايته (q) علي حروف (r) المعجم ايسر منه علي السنين

(*a*) P. tantum هذا. (*b*) L. مختصرا. (*c*) P. تاليفه eodem ſenſu. (*d*) P. وتواريخ. (*e*) W. وفاتهم. (*f*) L. ومواليدهم. (*g*) L. عصر. (*h*) P. & W. منه. (*i*) W. الاستزادة. (*k*) L. الموسمة. (*l*) P. المشايخ quae vox videtur gloſſa vocabuli الايمة. (*m*) L. المتفننين. (*n*) P. كثيرة.

Jam quod ad rem ipsam. (Sive, *hisce praemissis*). Ad hoc compendium *historicum* conscribendum me incitavit cupido cognoscendi historias hominum, qui antea vixerant, in primis autem illustrium, nec non tempus, quo mortui sint & nati, saltem, quo quisque seculo vixerit. Itaque mihi eorum aliquam notitiam paraveram, quae me excitavit ad augendas & multiplicandas perverstigationes. Deinde me conjeci ad legendos libros de hoc argumento compositos, atque ex ore virorum illustrium hujus rei peritissimorum intellexi, quae non potui invenire in libris, neque prius desii, quam mihi multa per plures annos adversaria collegissem. De multis quidem viris illustribus, quae notassem, memoria tenebam, sed tamen saepe fiebat, ut, cum mihi opus esset eorum aliquem proferre, illum producere non potuerim nisi post multam & difficilem meditationem quia nullo ordine erant dispositi. Itaque necesse mihi fuit illos in ordinem redigere. Intellexi autem ordinem secundum literas Alphabeti punctatas (*Alphabeticum*) faciliorem fore ordine Chrono-

